

U r k u n d e n
zur
Osnabrückſchen
G e ſ c h i c h t e.

Zweiter Theil.

1711

Ständebuch

1711

1711

XI.

Præceptum Ottonis magni datum Dodoni Episcopo

Osnabr. de liberis, de servis et lidonibus de 938.

ex autographo. (*)

In nomine sanctæ et individuæ trinitatis. Otto Dei Gratia rex. Noverint omnes fideles nostri præsentis scilicet et futuri qualiter vir venerabilis Thoto Osnebruggensis ecclesiæ episcopus fidelisque noster serenitatis nostræ clementiam adiens postulavit vt eidem ecclesiæ suæ nostræque immunitatis et libertatis præceptum fieri decrevissemus per quod res et potestates quæ suo episcopo iure debentur firmitus ac plenius habere valuisset. Cujus petitioni ob amorem Domini assensum præbentes ita fieri decrevimus et hoc præceptum inde conscribi iussimus firmiter præcipientes vt sicut reliquæ sanctæ ecclesiæ Dei quæ per totam Franciam et Saxoniam et immunitatis tuitione et antecessorum nostrorum regum videlicet et imperatorum auctoritate confirmantur, ita præfati præsulis sedes sancta perpetuo per hoc nostrum præceptum domino opitulante stabilita consistat, ita vt nullus iudex publicus neque alia iudiciaria potestas aut comites vel missi dominici per tempora discurrentes in locis illius episcopatus placita habenda vel freda exigenda aut paratas faciendas vel fideiussores tollendos aut seruos et fideiussores tollendos et ceteros aut eos qui censum persolvere debent quod *munscat* vocatur, a nemine præsumatur constringere. sed liceat præfato Episcopo suisque successoribus

a 2

res

(*) Ex quo illud descripsisse testatur C. H. in dissert. historico critica de Diplomate Caroli M. p. 122, quod etiam de sequentibus notandum quatenus inscriptio hoc indicat.

res praedictae ecclesiae cum omnibusque possidet vel deinceps adquisierit quieto ordine possidere suasque aeclesias iuste corrigere earumque causas absque ulla contradictione ordinare atque disponere. Et ut verius credatur manu nostra illud firmavimus et anulo nostro figillari iussimus.

Signum Domini Ottonis

(L. S.)

invictissimi regis

Pappo ad vicem Friderici recognovi et (L. S.) Data XV Kalend. Jun. Anno dom. incarn. DCCCCXXVIII. Indict. XI. Anno Ottonij piis regis II. Actum in stela amen.

XII.

Præceptum Ottonis I. Regis Episcopo Drogoni de Widinbrucca datum de moneta et teloneo de 952.

ex autographo.

In nomine sanctæ et individuae Trinitatis. Otto Dei Gratia Rex. Noverit omnium fidelium nostrorum presentium scilicet et futurorum industria, qualiter nos per interventum Venerabilis Episcopi Osnabrucgensis Ecclesiae Drogonis, monetam et mercatum publicum in loco Vuitunbrucca nuncupato concessimus, quod pro remedio animae nostrae eidem Ecclesiae, quicquid fiscus et pars regia inde obtinere poterit, sub potestate Episcopi iam dicti successorumque eius ordinandum, vel in moneta, vel in theloneo, aut in qualibet exactione publica, ex integro tradimus hoc auctoritatis nostrae præcepto, per quod volumus firmiterque iubemus, ut nullus iudex de præscriptis rebus habeat ullam potestatem inquietandi, vel quicquam molestiae faciendi. Sed ut præfatæ Ecclesiae Episcopus successoribus inviolabiliter teneant - - dili-
gen-

gentiusque ab omnibus observetur, anuli nostri impressione sigillari iussimus manu propria roborantes

Signum Domni Ottonis

(L. S.)

Serenissimi Regis.

Abraham Notarius ad vicem Brunonis Archicancellarii recognovi.

Anno Domini incarnationis DCCCCLII. Indictione

IV. Data VII Junii regnante rege Ottone Anno XVI.

Actum Dornpurck.

XIII.

*Diploma Ottonis M. datum Drogoni Episc. Osnab.
de venatu et foresto. de 965 (ex autogr.)*

In nomine sanctæ et individue trinitatis. Otto divina favente clementia imperator augustus: noverit omnium fidelium tam presentium quam et futurorum industria qualiter nos ob petitionem dilectissimæ matris nostræ mahildis atque interventum adhalheidis aman- tissime conjugis nostræ insuper etiam ob frequens servi- tium drogonis venerabilis episcopi ad osnabrugensem suæ scilicet ecclesiæ sedem quoddam nemus vel forestum in- fra hec loca situm farnuinkil. hrustanten. angare. osning. finithi. bergashauid. drevanameri. elenesfeld. diummeri. in perpetuum proprietatis usum donavimus ea videlicet ra- tione vt nullus contumatiæ deditus nemus prelibatum nostro videlicet banno munitum sine prædicte sedis epi- scopi vel pastoris licentia studio venandi aut aliquod hujus modi negotium peragendi præsumat intrare. Quod si quis- quam parvi pendens temptaverit sciat se tam divinæ quam et nostræ ultionis vindictam incurrisse nec non debitum pro delicto in regalem fiscum redditurum. Sed vt hoc firmum

stabileque per omnes nostri nominis et ordinis dignitates permaneat hanc cartam scribi atque iussimus sigillari.

Signum Domini Ottonis

(L. S.)

magni et invictissimi Imperatoris Augusti.

Ludolfus cancellarius ad vicem brunnonis archicappellani recognovi (L. S.) dat. id. Julii Anno dominicæ incarnationis, DCCCCIX. Indict. VII. anno regni domni Ottonis XXX Imperii aut. IV. Actum Quedilingeburg in Dei nomine feliciter amen.

XIV.

Præceptum Ottonis M. datum Liudolfo Osnabr. Episcopo super decimis suæ diœceseos, quarum quasdam Abbas Corbeiensis et Abb. Hervordensis minus iuste usurpaverat. de 972. (ex aut.)

In nomine sanctæ et individue Trinitatis. Otto divina favente clementia Imperator Augustus. Noverit omnium industria fidelium nostrorum, tam præsentium quam et futurorum, qualiter vir venerabilis Liudolfus Osnabruggensis ecclesiæ Episcopus nosterque fidelis ac confanguineus, necessitate compulsus de Saxonica terra Ravensam usque Serenitatis nostræ clementiam adiit, querimoniam faciens, ecclesiam suam decimis, vnde jam XII annis transactis Apostolica auctoritate et multorum nostri Regni Principum consultu et iudicio diffinivimus et Drogoni ejusdem Sedis Præfuli, nostræ libertatis et immunitatis præceptum super hac eadem referri præcepimus et dedimus, iterum a Corbejenſe Abbate et Herifordense Abbatissa suisque fautoribus, temeraria præsumptione deprædatam esse. Et multos acceptis inde beneficiis (Nam nos de hac vita deceſſiſſe apud illos diffamatum

matum est) in eorum adiutorium conjurasse. Hoc vero non æquo animo ferentes, quoniam iter nostrum Romam direximus, prædictum Episcopum nobiscum illuc usque venire fecimus. Ibi vero hoc negotio ceterisque pro quibus venimus, apud Patrem nostrum Iohannem Apostolicum tractatis, eius iussu et consilio, mox litteris directis synodum Inglinheim congregandam proximo autumnali tempore, pro ecclesiastico honore stabiliendo, in hac re ceterisque quam plurimis condiximus. Illuc præfatum Episcopum suosque adversarios ante nos venire præcepimus. Huic vero synodo interfuerunt. Ruodbertus Mogontiensis Archiepiscopus et sui suffraganei. Outhalricus Augustensis, Poppo Worceburgensis, Anno Wormatiensis, Erkanbaldus Argentinensis, Otwinus Hildinesheimensis, Reginoldus Rabulocensis, Bruno Verdonensis, Baltherius Nemethensis, Gero Coloniensis Archiepiscopus cum suis suffraganeis, Notkero Laodicense, Liudolfo Osnabrugense, Duodone Mimi-gardefordense, Thiedricus Trevirensis Archiepiscopus et sui suffraganei, Theodricus Metensis, Wigfrithus Wir-dunensis, Gerhardus Tolensis. Freduricus Juvavensis Archiepiscopus. Athalbertus Magadaburgensis Archiepiscopus cum suis suffraganeis, Fokkone Misnense, Gifaltherio Merseburgense, multique alii nostri regni Principes, Duces, Comites, Clerici et Laici, quorum nomina et numerus comprehendi non possunt. His vero nobiscum in synodo confidentibus, Episcopus et sui adversarii in medio constabant. Ibi utrorumque sententiis auditis, et subtiliter diiudicatis, decimas Episcopo Canonica auctoritate reddi debere omnes affirmabant. Sicque Abbas et Abbatissa sui que fautores, synodali sententia convicti decimas Episcopo reddiderunt, et triginta libras auri pro injustitia illata, et ut bann - - - certis indutis persolvendas promisserunt. Qua propter ob amorem Domini nostri Ihesu Christi et monitum dilecti

lecti filii nostri OTTONIS Coimperatoris - - nobisque
 in eadem - - - Archiepiscoporum, Episcoporum et ce-
 terorum plurimorum - - - icorum nostræ immunitatis
 et libertatis præceptum - - - - omnibus modis interdici-
 mus, vt amplius inter ipsos eorumque successores hu-
 jusmodi contentio non oriatur. Sed liceat eidem Epi-
 scopo suisque successoribus, easdem decimas, ceteraque
 sibi pertinentia quieto ordine possidere, et causas sui Epi-
 scopii corrigere, ordinare atque disponere nemine con-
 tradicente. Et vt hoc verius credatur et in posterum di-
 ligentius observetur, hanc cartam inde conscriptam, anu-
 lique nostri impressione signatam manu nostra propria
 subtus firmavimus.

Signum Domini Ottonis Magni Imperatoris Augusti.
 (L. S.)

Willigifus Notarius vice Ruodberti Archicapellani sub-
 scripsit.

Data XV. Kal. Octobris Anno incarnat. Dominicæ
 DCCCCLXXII. Indiæ. XIV. Anno regni Domini
 OTTONIS XXXII. (leg. XXXVII. *) Imperii autem
 XI. Actum Inglinheim in domino feliciter Amen.

XV.

*Ottonis II. præceptum Liudulfo Episcopo datum de
 Hæfna. Apulderibiki et Lingi de 975. (ex aut.)*

In nomine sanctæ et individuæ trinitatis. Otto divina
 favente Clementia imperator augustus. Notum sit
 omnium sanctæ Dei ecclesiæ nostrorumque fidelium tam
 præsentium quam et futurorum industræ qualiter nos
 ob memoriam divinæ remunerationis nec non interven-
 tum dilectæ conjugis nostræ scilicet imperatricis augustæ
 theo-

*) nota. *Henseleri* mscpta qui tantummodo fragmentum huius
 diplomatis in allegata *dissertatione* ediderat.

theophanie. cuidam viro venerabili sanctæ Osnebruggensis ecclesiæ episcopo liudolfo quicquid prædii vel hereditatis ipse nostræ imperiali auctoritate improprium donavit. reddimus. in comitatu bernhardi ducis. in locis subscriptis. videlicet apalderbach. hesnon. lûngua. cum curtilibus. ædificiis. mancipiis. terris. cultis et incultis. viis et inviis. exitibus et redivibus. quesitis et acquirendis prætis pascuis. silvis. aquis aquarumve decursibus. molendinis. piscationibus. locis præscriptis appendicibus. seu cujuscunque utilitatis nostræ imperatoris dignitati sublatum esse videretur. sicut prædiximus liudolfo osnebruggensis ecclesiæ episcopo nostroque consanguineo reddimus atque donavimus. eo denique tenore vt liberum habeat arbitrium tenendi. donandi vel commutandi - - - seu eidem ecclesiæ suisque successoribus relinquendi. hanc cartam jussu nostro conscriptam. anulique nostri impressione signatam manu propria subtus firmavimus.

Signum Domini Ottonis magni

(L. S.)

imperatoris augusti

Folmarus Cancellarius ad vicem uilligisi archicapellani subscripsi.

data 7 Kal. Maji Anno Dominicæ incarnat DCCCC-LXXV. Indict. II. Anno regni domini Ottonis XIV. imperii aut. VII. Actum bogbardon, in domino amen.

XVI.

*Ottonis II. privilegium de libera electione advocati
Cenobio in Herfsebrok datum de 976. (ex aut. cop.)*

In nomine sanctæ et individuæ Trinitatis Otto divina providente Clementia Romanorum Imperator Augustus. Noverint omnes fideles nostri præsentis ac futuri. Quod nos in Dei nomine et dilectissimæ nostræ coniugis

fugis Theophanicæ rogatu talem potestatem donavimus Sigiburg. et aliis sanctis monialibus in Hertzenbroike Deo fervientibus, vt nullus comes, aut Comitis Vicarius earum litos liberos vel servos supra dictarum Sanctimonialium in publico mallo, aut in alio communi colloquio diiudicet, sive banno constringat, sed ejusdem Monasterii Vocatus et congregationis exinde suo proprio iudicio regat et secundum qualitatem criminis diiudicet. Concessimus etiam prædictis sanctimonialibus et Imperiali Majestati per privilegii hujus munitionem licentiam eligendi inter se Abbatissam Dei servitio aptam ipsisque ad regendum idoneam, et Advocatum quemcunque vtilem voluerint. Et vt hæc nostra Imperialis autoritatis concessio firma permaneat, iussimus eis hoc privilegium conferri et annuli nostri impressione muniri. Datum VII. Idus Novembris Anno Dominicæ Incarnationis Nongentesimo Indictione LXXVI. IIII. Anno vero regni Domini Ottonis XV. Imperii IX. Actum Aruita.

XVII.

*Privilegium Ottonis II. datum Herigiso ob interventum Ludolfi Episcopi Osnabruggenfis de 977.
ex autographo.*

In nomine sanctæ et individue trinitatis Otto divino favente nutu imperator augustus notum esse volumus omnium sanctæ Dei ecclesiæ nostrorumque fidelium industriæ qualiter nos interventu ac petitione liudolfi venerabilis videlicet episcopo cuidam herigiso nuncupato quicquid ipsius liudolfi beneficio aut data aut munere seu ipsius acquisitione in locis subnotatis rislaun. reasford. uanhula. girithi. trel. hiruthnun. bircfeld. muliun. liætrichi. hanetiutinge. aingham. vuullen. alhuson. marsunnon adhuc suus possidebat in perpetuum proprietatis usum prædicto-

dicto heregiso donavimus, cum curtilibus. mancipiis ædificiis. terris cultis et incultis. pratis. pascuis. silvis. aquis aquarumve decursibus. molendinis. piscationibus. viis et inviis. exitibus et redivibus. quesitis et inquirendis a cum omnibus jure ac legitime ad prædicta remanentibus loca, ea videlicet ratione, vt liberam deinde habeant potestatem tenendi. donandi. vendendi. commutandi. aut posteris quibuscunque in donarium linquendi seu quicquid sibi libuerit exinde faciendi. Et vt hoc firmum stabileque permaneat cartam hanc conscribi anulique nostri impressione sigillari iussimus manuque nostra subtus firmavimus.

Signum Domini Ottonis

(L. S.)

invictissimi imperatoris augusti.

Vildiboldus Cancellarius ad vicem Willigisi archicapellani notavi.

Data IV. Kal. Novemb. anno dominicæ incarnat. DCCCCLXXVII. Indict. V. Anno vero regni domini Ottonis XVII. Imperii X. Actum lingua in Domino amen.

XVIII.

*Henrici II. Privilegium super teloneo et mercatu
in loco Osnabr. de 1002. (e monum. Paderb.)*

In nomine sanctæ et individuæ Trinitatis. HEINRICVS divina favente elementia Rex. Noverit omnium fidelium nostrorum industria. qualiter vir venerabilis Wodilulfus Osnabrugensis videlicet Ecclesiæ Episcopus nosterque fidelis. Serenitatis nostræ clementiam adiens postulavit. vt eidem Ecclesiæ suæ immunitatis et libertatis nostræ præceptum fieri mandaremus, per quod res
et

et

et potestates quæ suo Episcopo jure debentur. licentius ac plenius habere valuisset. Cuius petitioni ob amorem Domini nostri Jesu Christi assensum præbentes insuper decrevimus et hoc præceptum pro voto eius conferri jussimus. per quod firmiter præcipimus, ut sicut S. Ecclesiæ Clerici per totam Franciam et Saxoniam et immunitatis tuitione et antecessorum nostrorum Regum videlicet et Imperatorum auctoritate confirmantur. ita præfati præsulis sedes sancta perpetuo per hoc nostrum præceptum Domino opitulante stabilita consistat eo pacto. ut nullus iudex publicus neque aliqua iudiciaria potestas. aut Comites vel Vicecomites siue Missi Dominici per tempora discurrentes. loca illius Episcopatus ad placita habenda. vel freda vel para freda exigenda. aut paratas faciendas. vel fidejussores tollendos. aut servos vel liberos siue Liddones et ceteros et eos qui censum persolvere debent quod Mundschatt vocatur. ad pontem restaurandum aut corrigendum vlllo vnquam tempore adstrigendos ingredi valeant. Liceat etiam in eodem loco Osnabrugensi mercatum habere et monetam publicam instituere et teloneum seu vectigal inde accipere omni tempore nemine contradicente. Sit quoque licentia præfato venerabili Episcopo ejusque successoribus et suo Advocati res prædictæ Ecclesiæ cum omnibus quæ possidet vel deinceps acquiserit quieto ordine possidere. suasque Ecclesias juste corrigere et suas causas absque ulla contrarietate ordinare atque disponere. Insuper etiam ad ejusdem Ecclesiæ quoddam nemus vel forestum intra hæc loca situm. Farwinkel. Brutauffen. Angarn. Osnung. Seneto. Bergeshovel. Drenunameri. et Wesfeldumeri cum omni integritate. in porcis videlicet silvaticis atque cervis omnique venatione quæ sub banno usuali more ad forestum deputatur. in perpetuum proprietatis usum donavimus ea videlicet ratione. ut nullus contumacia deditus nemus prælibatum nostro scilicet banno

no munitum sine prædita sedis Episcopi vel Pastoris licentia studio venandi vel aliquod hujuscemodi negotium peragendi. sicuti nostri patres et antecessores suis prædecessoribus sanxerunt præsumat intrare. Quodsi quispiam parvipendens tentaverit. sciat se tam divinæ quam et nostræ ultionis vindictam incursum nec non debitum pro delicto in regalem fiscum redditurum. Et ut hoc verius credatur. ac per futura tempora diligentius conservetur. hoc Regiæ immunitatis insigne manu propria firmavimus et sigillo nostro imprimi iussimus.

Signum Domini Henrici

(L. S.)

Regis invictissimi.

Data V. Kal. Augusti Anno Dominicæ Incarnationis MII.
Indictione XV. Anno vero Domini Henrici Regis primo Actum Mersebure.

XIX.

*Præceptum Domini Henrici II. datum Meginbero
Episcopo de servis et liberis. De foresto et liddo-
nibus de 1023. (ex aut.)*

In nomine sanctæ et individuæ trinitatis Henricus divina favente clementia romanorum imperator augustus. Noverit omnium fidelium nostrorum tam presentium quam et futurorum industria. qualiter venerabilis osnebrugenſis Ecclesiæ Episcopus Meginherus nosterque fidelis dilectus. Serenitatis nostræ clementiam adiens postulavit ut eidem ecclesiæ suæ immunitatis nostræ et libertatis præceptum fieri mandarem. per quod res et potestates quæ suo episcopio jure debentur firmiter et plenius habeantur.

beræ

bere valuisset. Cuius petitioni ob amorem Domini nostri iesu Christi assensum præbentes ita fieri decrevimus. et hoc præceptum pro voto eius conscribi iussimus, per quod firmiter præcipimus vt sicut sanctæ ecclesiæ Dei per totam Franciam et Saxoniam et immunitatis tuitione et antecessorum nostrorum regum videlicet et imperatorum auctoritate confirmantur, ita præfati præfalis fedes sancta perpetuo per hoc nostrum præceptum Domino opitulante stabilita consistat. eo pacto ut nullus iudex publicus neque alia iudiciaria potestas. aut comites vel vicecomites. sive missi dominici per tempora discurrentes, loca illius episcopatus ad placita habenda vel freda seu parafreda exigenda. aut paratas faciendas vel fideiussores tollendos. aut seruos vel liberos sive liddones et cæteros et eos qui censum persolvere debent quod *muntscat* vocatur. ad pontem restaurandum aut corrigendum ullo unquam tempore constringendos ingredi audeant. Liceat etiam in eodem loco osnebrugensi mercatum habere et monetam publicam instruere et teloneum seu vectigal omni tempore inde accipere nemine contradicente. sit quoque licentia præfato venerabili episcopo suisque successoribus et suo advocato res prædictæ ecclesiæ cum omnibus quæ possidet vel deinceps acquisierit quieto ordine possidere suasque ecclesias iuste corrigere et suas causas absque ulla contrarietate ordinare atque disponere. Insuper etiam ad ejusdem ecclesiæ sedem quoddam nemus vel forestum infra hæc loca situm. farnuunkil. hrutansten. angare. osning. smithi. bergeshauid. dreuanameri. eteresfeld. diumeri. cum omni integritate in porcis videlicet silvaticis atquo cervis. omnique venatione quæ sub banno vsuali more ad forestum deputatur. in perpetuum proprietatis usum donavimus. ea videlicet ratione, vt nullus contumatiæ deditus. nemus praelibatum nostro scilicet banno munitum sine prædictæ sedis episcopo vel pastoris licentia. studio venandi vel aliquid hujusmodi

modi

modi negotium peragendi sicuti nostri patres et antecessores suis praedecessoribus sanxerunt praesumat intrare. Quod si quisquam parvipendens temptaverit sciat se tam divinae quam et nostrae ultionis vindictam incursum. nec non pro delicto centum libras cocti auri dimidietatem cameræ nostræ et dimidietatem episcopo redditurum. Et ut hoc verius credatur ac per futura tempora diligentius conservetur. hoc imperiale immunitatis insigne manu propria firmavimus et sigillo nostro insigniri iussimus.

Signum Domini Henrici romanorum invictissimi

(L. S.)

imperatoris augusti.

Guntherus cancellarius vice aribonis
archicapellani recognovit (L. S.)

Data VI. Kal. August. Indiçt. VI. Anno dominicæ incarnat. Millesimo XXIII. Anno vero domini henrici secundi regnanti XXII. Imperii autem X. Actum aquis-grani feliciter amen.

XX.

Præceptum regis Conradi datum Gozmaro episcopo de servis et liberis, item de porcis silvaticis de 1028. (ex aut.)

In nomine sanctæ et individuae trinitatis: Chuonradus divina favente clementia romanorum imperator augustus. Noverit omnium fidelium nostrorum tam presentium quam et futurorum industria. qualiter Gosmarus osnebruggensis ecclesie venerabilis episcopus nosterque fidelis dilectus serenitatis nostræ clementiam adiens postulavit. ut eidem ecclesie suæ immunitatis nostræ et libertatis præceptum fieri mandarem per quod res et pote-

pote-

potestates quae suo episcopo jure debentur. firmiter ac plenius habere valuisset. Cujus petitioni ob interuentum dilectae conjugis Gislæ imperatricis augustae et amantissimae nostrae prolis Heinrici regis nec non Arbonis mogontinae sedis venerandi protopraefulis assensum praebentes ita fieri decreuimus et hoc praeceptum pro voto ejus conscribi iussimus, per quod firmiter praecipimus. ut sicut sanctae ecclesiae per totam Franciam et Saxoniam et immunitatis tuitione et antecessorum nostrorum regum videlicet et imperatorum auctoritate confirmantur ita praefatai praefulis sedes sancta perpetuo per hoc nostrum praeceptum domino opitulante stabilita consistat. eo pacto vt nullus iudex publicus alia iudiciaria potestas. aut comites vel vice comites sive missi hominici per tempora discurrentes loca illius episcopatus ad placita habenda. vel freda seu parafreda exigenda aut paratas faciendas. vel fidei iussores tollendos aut seruos vel liberos sive liddones et ceteros et eos qui censum persolvere debent quod muntscat vocatur ad pontem restaurandum vel corrigendum vlllo vinqum tempore confringendos ingredi audeant. Licet etiam in eodem loco osnebruggensi mercatum habere et monetam publicam instituere. et theloneum seu vectigal omni tempore inde accipere nemine contradicente. sit quoque licentia praefato venerabili episcopo suisque successoribus et advocato suo res praedictae ecclesiae cum omnibus quae possidet vel deinceps adquisierit. quieto ordine possidere suasque ecclesias iuste corrigere et suas causas absque vlla contrarietate ordinare atque disponere. Insuper etiam ad ejusdem ecclesiae sedem quoddam nemus vel forestum infra hec loca situm fanauinkil. hrutansten. angare. ofning. sinithi. bergasthavid. dreuanamiri. eteresfeld. diumeri. cum omni integritate in porcis videlicet silvaticis atque cervis omnique venatione quae sub banno usuali more ad forestum deputatur in perpetuum proprietatis usum

usum donavimus, ea videlicet ratione ut nullus contumaciae deditus nemo praelibatum nostro scilicet banno unitum sine praedictae sedis episcopi vel pastoris licentia studio venandi vel aliquod hujuscemodi negotium peragendi sicuti nostri patres et antecessores suis praedecessoribus sanxerunt praelumat intrare. Quod si quisquam parvipendens temptaverit sciat se tam divinae quam et nostrae ultionis vindictam incursum nec non pro delicto centum libras cocti augri dimidietatem camerae nostrae et dimidietatem episcopo redditurum. Et ut hoc verius credatur ac per futura tempora diligentius conservetur hoc imperiale immunitatis insigne manu propria firmavimus et sigillo nostro insigniri iussimus.

Signum domini Chuonradi invictissimi romanorum

(L. S.)

imperatoris augusti

OVdalicus cancellarius ad
vicem aribonis archicancellarii recognovit

(Locus sigilli vetustate deperditi)

Data Indiēt. XI. Anno dominicae incarn. Mill. XXVIII. Anno autem domini Chuonradi secundi regni IV. imperii anno I. Actum Boderenbrunnen feliciter Amen.

XXI.

Precaria Alberici Episcopi et Werimberti cuiusdam liberti de 1049. (ex aut.)

Noverint omnes Christi fideles, qualiter placuit atque convenit inter venerabilem Osnabrukkenfis Ecclesiae Episcopum Albericum, et quendam libertum militem videlicet suum *Werinbreht* nominatum quandam precariam

Doc. Tom. II.

riam

riam facere, quam et perfecerunt. Tradidit namque idem libertus cum consensu atque firmissima collaudatione iusti heredis sui, fratris scilicet sui filii Heregis vocati, talem proprietatis suæ churtim unam, qualem habuit in loco Riesfordi nominato, sicut ipse possederat cum sepium atque ædificiorum circumcinctione, et cum terris cultis et incultis, ac ut omnia simul concludam, cum cunctis utilitatibus ad hunc locum iuste et rite pertinentibus, et insuper septem familias, id est septem hobas iuxta illius Provinciæ morem possessas, ac censum solventes, in locis subtus notatis adjacentes. Riesfordi. Haginni. Gerithi. Vuithulo. Wallon. Mulion. Threli et mancipia utriusque sexus per totum XL. hæc nomina habentia. Luidbold. Hildiword. Williko. Eilo. Aiko. Foleburgh. Lituoka. Suanikin. Sustar. Germod. Modar. Menika. Hemuko. Edika. Hemmo. Winika. Harik. Adika. Wendilburg. Wennikin. Hazucha. Makko. Tetta Wivikin. Eilika. Landburg. Wennikin. Ennika. Hidda. Aldburg. Ja. Aio. Heriman. Hoto. Seward. Adalbrath. Reginzo. Horich. Abbo. ad altare piissimi ac Princ. apost. Petri nec non beatissimorum martirum Crispini et Crispiniani in manum Episcopi prælibati et Advocati sui *Wal* vocati, statimque iuxta legem et ritum Westfalensium eiusdem rei investituram digito suo promisit. Id ipsum etiam heres ipsius absque omni contradictione perfecit. Econtra vero prædictus Episcopus cum manu advocati sui iam dicti, et cum communi consilio atque consensu tam Clericorum quam et Laicorum inibi manentium eidem Werinberto et uxori ejus Hadawich nominatæ retradidit decimæ libras V et solidos IV. illaque bona quae ipse sicut supra notatum est, tradidit, sibi eidemque uxori suæ prænominatæ in beneficium remisit atque concessit, prænominato debito atque censu id est pro duobus denariis ad hoc ipsum altare ab eis annuatim solvendis. Eo rationis tenore, ut ipse Werinbertus et datum et acceptum usque ad

ad

ad obitum vitæ suæ potestative et absque omni molestia possideat atque obtineat, sic ut ab eodem Episcopo, sive ab aliquo successorum suorum minime cogatur, propter illud bonum in expeditionem sive ad churtim regalem migrare. Si autem uxor ipsius prælibata eum supervixerit, eadem bona cum tota integritate et absque omni molestia sicut ipse possiderat, sic et ipsa usque ad finem vitæ suæ possideat et obtineat. Hæc vero precaria, si ab eodem Præsule *Alberico*, sive successorum suorum aliquo confringatur, atque destruat, ille Werinbertus vel proximus heres ipsius prædium suum retineat atque possideat. Isti sunt testes qui viderunt et audierunt. Bilo Præpositus. Tizo præpositus. Luidbertus. Decanus. Godescalc. Decanus. Gebo presbiter. Godescalc. presbiter. Poppo Diaconus. Wezil Diaconus. Wiking Diaconus. Bernhard Waldo Presbiter. Wal Vocatus. Afic. Gifilbrath. Athalger. Ascharich. Ramword. Hucbrath. Adalword. Reginbrath. Oiko. Helmerich. *Isti sunt liberi.* Bezilin. Werinolf. Azo. Gerword. Oddik. *Isti sunt servi.* Gerold. Regilo. Sicco. Germar. Reginold. Frorich. Boiko. Egizo. Luidiko. Reginzo. Hildiword. Rudold. Vbbilin. Meginhard. Auiko. Immo. Gerhard. Wezil.

XXII.

*Traditio prædiorum et mancipiorum facta Alberico
Episcopo a liberto Werinbertho de 1049. (ex aut.)*

Noverint omnes Christi fideles præsentis scilicet et futuri, qualiter quidam libertus Werinbraht vocatus, cum laude et consensu justis ac proximi heredis sui *Hejo* nominati, prædium suum subscriptum cum mancipiis subtus nominatis ad ecclesiam tradidit Osnabrugensem. Delegavit namque in manum *Alberici*, ejusdem sedis episcopi, et in manum Advocati sui *Wal* dicti, prædia ista

b 2

et

et mancipia hæc nomina habentia, investituram ejusdem traditionis statim illi cum digito suo, sicut mos est promittens. Ad *buscon* duas mansas, ad *Tynon* unam mansam, ad *Walishem* unam mansam, ad *Hornsethuson* unam mansam, et hæc mancipia, Gelo, Aua, Bosico, Werinzo, Rikila, Meinzo, Vbico, Modar, Radsuit, Meinolf, Thyedig, Reingard, Tetta, Cemil, Luttico, Poppo, Walico, Imma, Athalmar, Tiedo, Adike, Liefrunth, Brothar, Hildiuuard, Walsfuith, Danneburch, Willikin, Lanzo, Abbikin Milike, Meinciko, Hildikin, Bennico, Abukin, Yde, Wiwikin, Gerburch, Ricwi, Boio, Hoico, Luidikin, Atte, Tabuke, Linzo, Goduko, Kerstin, Radluo Bebe, Vadar, Vineburg, Thiedolf, Werinzo. Et alia mancipia quæ habuit et habiturus erat, quorum nomina nesciuit. Deinceps vero post breve tempus propter amorem ac dilectionem ejusdem Episcopi, seipsum cum omni bono suo quod tunc habuit, et post hæc adepturus erat, ad eandem tradidit ecclesiam, et cum sacramento sicut proprius liddo merito debuit, eidem Ecclesiæ et Episcopo fidelitatem fecit. Econtra vero Episcopus in præsentia fidelium suorum Clericorum et laicorum cum manu Advocati sui tradidit eidem Werinberhto in beneficium hæc omnia, quæ ipse tradidit, et insuper decimæ libras duas et de servitio quod sibi deberet annuatim in circuitione sua de bonis Abbatis Corbeiensis farris videlicet sigulis, hordeæ, avenæ et brasii libras duas, nec non per singulos annos vini karradas duas; si autem vinum defuerit, quod sæpe contingit, pro vino marchas duas, siue argenti siue farris, et annuatim duas feras id est cervum et cervam unam, aut ipse capiat, aut ad capiendas det cuicumque sibi placeat, eo rationis tenore, ut ipse et uxor sua Hazucha traditum simul et acceptum usque ad finem vitæ illorum absque omni moléstia et famulatu possideant et obtineant. Sciant insuper omnes, quia idem Werinbraht hoc spe-

cia-

cialiter habet pactum, quod nullus Episcopus neque aliqua alia persona eum cogat ire in expeditionem aut ad curtem regalem. Si aliquis Episcopus vel Advocatus, quod absit hanc illorum pactionem infringerit, sive destruerit, cognoscant omnes Dei cultores quod hoc firmiter pepigerunt, ut libertatem et prædium et mancipia cum ceteris cunctis bonis suis sicut antea possederant, ita absque omni contradictione libere atque potestative possideant et retineant. Et ut hoc verius credatur hanc paginam ad memoriam et agnitionem illius rei scriptam Episcopus idem sigilli sui impressione signavit. Huius rei testes. Wal advocatus Heinric, Gifelbraht, Abbo, Ab-bico, Athalbraht, Athalword, Hildilech, Ezo, Godefrith, *De Familia:* Regil, Hedo, Eilhard, Eizo, Sicco, Fraric, Liudbraht, Gerhard.

XXIII.

Præceptum Henrici Imperatoris datum Episcopo Alberico de liberis et servis a Judicibus regis non constringendis de 1051. (ex aut.)

In nomine sanctæ et individuae trinitatis Henricus divina favente clementia Romanorum Imperator Augustus. Notum sit omnibus Christi nostrisque fidelibus tam futuris, quam et præsentibus, qualiter ALBERICVS OSNABRUGGENSIS ecclesiæ Episcopus nostram Imperialem adiit clementiam querimoniam faciens de BERNHARDO Comite, quod liberos homines in suo Episcopatu habitantes MAHELMAN nominatos ad suum placitum vi et injusta potestate constringeret. Qua de re Episcopo simulque prædicto Comite ante nos venientibus in nostra nostrorumque fidelium præsentia diffinitum est, ut ecclesiæ prædictæ tanta violentia deinceps non inferatur. Qua propter modis omnibus interdiciamus, ne Dux neque Comes, aut Vice Comes, vel aliqua persona

judiciaria suos liberos vel servos constringere præsumat præter eius Advocatum. Et ut amplius inter ipsos eorumque successores huiusmodi contentio non oriatur, nostra imperiali auctoritate prohibimus et confirmamus. Et ut hæc nostra imperialis auctoritas nunc et in ævum stabilis et inconvulsa permaneat, hanc cartam inde conscriptam manu propria ut subtus videtur corroborantes, sigilli nostri impressione iussimus insigniri.

Signum Domini Heinrici tercii regis invictissimi

(L. S.)

secundi Romanorum Imperatoris Augusti

(L. S.)

Winitherius Cancellarius vice Bardonis Archi Cancellarii recognovit.

Data VIII. Kal. Junii Indictione III. Anno dominicæ incarnat M. L. I. Anno autem domini *Heinrici* Tercii regis, secundi Imperatoris. ordinationis ejus XXIII. Regni vero XII. Imperii V. Actum *Truthmannie* feliciter Amen.

XXIV.

Præceptum regis Heinrici IV. datum Bennoni I. episcopo Osnabr. de servis et liddonibus et de foresto de 1057. (ex autogr.)

In nomine sanctæ et individue trinitatis. Heinricus divina favente clementiarex. Noverit omnium fidelium nostrorum tam futurorum quam præsentium industria, qualiter Benno Osnebruggensis ecclesiæ episcopus nosterque fidelis dilectus ferenitatis nostræ clementiam adiens postulavit ut eidem ecclesiæ suæ immunitatis nostræ et libertatis præceptum fieri mandarem. per quod res et potestates quæ suo episcopo jure debentur firmiter ac plenius

nus

nus habere valuisset. Cujus petitioni benignum præben-
tes assensum ita fieri decrevimus et hoc præceptum pro
voto ejus conscribi iussimus per quod firmiter præcipimus.
ut sicut sanctæ dei ecclesiæ per totam franciam et saxo-
niam et immunitatis tutione et antecessorum nostrorum
regum videlicet et imperatorum auctoritate confirman-
tur ita præfati præsulis sedes sancta perpetuo per hoc no-
strum præceptum domino opitulante stabilita consistat.
Eo pacto ut nullus iudex publicus neque aliqua judiciaria
potestas aut comites vel vice comites sive missi dominici
per tempora discurrentes loca illius episcopatus ad placita
habenda vel freda seu parafreda exigenda aut paratas fa-
ciendas vel fideiussores tollendos aut servos vel liberos
sive liddones et ceteros et eos qui censum persolvere de-
bent, quod muntscat vocatur. ad pontem restaurandum
vel corrigendum ullo unquam tempore constringendos
ingredi audeant. Liccat etiam in eodem loco Osnebrug-
geni mercatum habere et monetum publicum instituere
et theloneum seu vectigal omni tempore inde accipere
nemine contradicente. Sit quoque licentia præfato vene-
rabili episcopo suisque successoribus et advocato suo res
prædictæ ecclesiæ cum omnibus quæ possidet vel dein-
ceps adquisierit quieto ordine possidere suasque ecclesias
iuste corrigere et suas causas absque ulla contrarietate or-
dinare atque disponere. Insuper etiam ad ejusdem eccle-
siæ sedem quoddam nemus vel forestum infra hæc loca
situm farnuwinkil. hrustanten. angare. Ofning finithi.
Beregasthavid. dreuanamiri. eteresfeld. diumeri. cum om-
ni integritate in porcis videlicet silvaticis atque cervis
omnique venatione quæ sub banno usuali more ad fo-
restum deputatur in perpetuum proprietatis usum dona-
vimus. Ea videlicet ratione ut nullus contumacie dedi-
tus, nemus prælibatum nostro scilicet banno munitum
sine prædictæ sedis episcopi vel pastoris licentia studio
venandi vel aliquid hujuscemodi negotium peragendi si-

cuti nostri patres et antecessores suis prædecessoribus sanxerunt præsumat intrare. Quod si quisquam parvi pendens temptaverit, sciat se tam divinæ quam et nostræ ultionis vindictam incursum, nec non pro delicto centum libras cocti auri dimidietatem camerae nostræ et dimidietatem episcopo redditurum. Et ut hoc verius credatur ac per futura tempora diligentius conservetur, hoc regale immunitatis insigne manu propria firmavimus et sigillo nostro insigniri iussimus.

Signum Domini
Heinrici quarti (L. S.) regis.

VVinitherius cancellarius vice Liutpoldi
archicancellarii recognovi (L. S.)

Data VII. Kal. Junii, Anno dominicæ incarnat. M. L. VII.
Indict. X. Anno autem domini Heinrici quarti regis
ordinat. III. regni primo. Actum Corbeie in dei nomine feliciter amen.

XXV.

*De Curia Goldenstede de 1070. e Copiaro
Iburg. p. II. fol. 14.*

In nomine sanctæ et individuæ Trinitatis. Notum sit omnibus Christi fidelibus tam præsentibus quam et futuris. Quod quidam nobili progenie natus nomine Folcher Osnabruggenfi Ecclesie ejusque Provisorii Episcopo *Bennoni* secundo collaudatione legitimi heredis sui Curtem quam habuit Goldensteti cum consensu uxoris suæ Badeloch, cum omnibus utilitatibus — in proprium tradidit. Econtra accepit idem Folcher in beneficium jure ceterorum militum ad eam Ecclesiam pertinentium, et Eila quadam nobilis ex parte osnaburgensis Ecclesie et Bennonis Episcopi hac ratione habendam, ut post vitam

tam

tam ipsius prænominata ejus uxor eodem militare jure retineret, nec non filius ipsorum in simili conditione ab Episcopo recipiat. Istud constitutum Notanbeki in Placito Adalgeri Comitis. Ibidem accepit Lippoldus Comes praedictam curtem a Bennone Episcopo in tutelam. Isti sunt testes. *Nobiles homines.* Lippoldus, Adalgerus, Wezil, Hezel, Bernhart, Foliger, Ludolf, Eppo et alii quam plurimi. anno incarnationis dominicae M. XL. XXX. Indict. III. IV. Kal. Maji actum feliciter. Amen.

XXVI.

*De Curte in Helveren de 1070.**ex cod. p. I. fol. 282.*

In nomine sanctae et individuae trinitatis. Noverint omnes Ecclesiae Osnabrugensis tam successuri quam contemporanei fideles. *Volchardum* Nobilem seipsum offerendo in Altari S. Petro Canonicum futurum constabiliuisse, et ab Episcopo ejusdem Sedis *Bennone* secundo fraternitatem et praebendam ejusdem loci recepisse. Idem *Volchardus* pro acquirendo Beneficio delegit Ecclesiae S. Clementis in Iburg. saepe dicto Episcopo ita disponente, et per manum *Liudolphi* Advocati sui traditionem recipiente cum consensu *Avezae* legitimae heredis similiter etiam cum consensu *Adalgeri* ejusdem *Avezae* heredis Curtem *Helveren* cum tribus mancipiis, et in proventu glandium immiissionem XXX porcorum et unius apri in *Glanathorpe* absque omni contradictione, cum omnibus utilitatibus ad eadem loca pertinentibus in arvis, nemoribus, pratis, pascuis vivariis, aquaeductibus, molendinis, saltibus cultis et incultis, acquisitis et acquirendis, piscationibus, venationibus, exitibus et redivibus, multis Nobilibus et liberis convenienti testimonio corroborantibus. Pro illa Curta data *Volchardus* et *Aveza* tres libras

decimationis in beneficium ea conditione acceperunt, ut ambo viventes aequali portione distribuant, qui autem alterius superstes futurus foret integras illas tres libras ad finem vitae suae retineret, et deinceps Adalgerus et Conradus si superstes forent, si illud idem beneficium ex parte Ecclesiae deservire vellent ad finem vitae eorundem amborum retinerent. Si quis autem nostrorum successorum quod absit, vel alia persona hanc conventionem infringere vel imminuere praesumpserit, sciat Volchardo et Avezae potestatem per nos fore concessam recipiendi sua. Testes Wezil. Godefrid, Adalger, Liudolf, Bernard, Folker, Adelbreth. Reinbolt, Thietmar, Heinrich, Fri-therich, Immo, Thiemmo, Eppo, Hordward, Richard, Ojo, Reinzo, Hillo, Bennico, Ofer, Hemmich. Anno M. LXX.

XXVII.

*De Curte in Risenbeke**ex eod. p. I. fol. 392.*

In nomine sanctae et individuae Trinitatis. Notum sit omnibus Christi fidelibus tam praesentibus quam futuris. Quod Dominus *Wal* Nobilis homo Osnaburgensis Ecclesiae Episcopo *Bennoni* secundo ad Ecclesiam S. Clementis in Iburg tradidit collaudatione iustae heredis suae Mathildis filiae sororis suae Ettechae Curtem quam habebat in *Risenbeke* cum omnibus pertinentiis etc. in supplementum videlicet duarum Curtium, quas prius eidem Episcopo *Bennoni* in precariam tradiderat *Osolage* et *Harsheim*. Sed tamen ut haec eadem traditio seu supplementio firmior esset, eidem *Waloni* Dominus *Benno* libram unam decimationis quotannis vitae suae constituerat habendam, et postea totum similiter, id est decimationem et Curtem a supra dicta Ecclesia jure perpetuo possi-

possidendam. Actum est hoc in villa Barghusen in Comitatu Adalgeri filii Wichingi. Testes Everhart, Walderic, Wecel, Meimbolt, Adelbrecht, Hameco, Vffo, Wichart, Hezel. *Hi sunt Nobiles* etc.

XXVIII.

Donatio locorum Ofsalage et Harsheim facta Bennoni Episc. de 1074. (ex aut.)

In nomine sanctae et individuae trinitatis. Notum sit omnibus fidelibus praesentibus videlicet et futuris qualiter Dominus Wal, et Domina Helmlach illius videlicet mundila, quia ambo filiis orbatu fuerant, excepta unica filia nomine *Emma*, quae sub regulari in *Astnithi* degebat vita, ipsa vero praesente et consentiente atque conlaudante duo haec loca quae dicuntur *Ofsalage* et *Harsheim* cum familiis et mancipiis, nec non et aliis utilitatibus, campis, silvis, aquis, pascuis, omnibusque ad haec praefata loca jure pertinentibus *Bennoni* Episcopo secundo, ejusque Advocato Eberhardo ad Osnabrugensem Ecclesiam sancto Petro Apostolo, in Comitatu Waldrici Comitis, vice Athalgeri filii Wichingi regia potestate positi, in loco Lathara, precario jure, in haec verba Regali Banno a Comite firmata tradiderunt; ut quot annis vitae suae e contra in beneficium VII libras decimationis, et haec praedicta loca ab Episcopo et ejus Advocato concessa, illo duo et nemo alius ad usque finem vitae suae haberent; et postea non res precaria, sed sancti Petri Apostoli in Osnabrugensi Ecclesia absque omni contradictione esset propria. Actum est hoc anno Dominicae Incarnationis MLXXIV. IX. Kal Octobris in villa Lathara in Comitatu ut diximus Waldrici Comitis, eo tenore ut si aliquis successor ejusdem Episcopi illis duobus de hoc aliquid injuste subtrahere voluerit, liceat eis sua retinere. Et ut hoc
verius

verius credatur Nobilium personas virorum ac liberorum,
qui hoc viderunt et audierunt

subscribi et sigillo nostro sigillari iussimus - - - -
- - Eberhard, Walderic, Wezel, Meinbold, Adtelbreth,
Hamuko, - - Wichard, Hecel, Werinmar. *Hi sunt No-*
biles. - - - Ratheri, Eriko, Wilheri, Mejo, Williko,
Rothard, Reinzo. *Isti sunt liberi.*

(L. S.)

XXIX.

Diploma Henrici IV. datum Bennoni II. Osnebr.

Episcopo de decimis de 1078. (ex aut.)

In nomine sanctae et individuae trinitatis. Henricus di-
vina favente clementia rex; Justitia est qua suum cui-
que jus tribuimus; qua via si incesserimus viam regiam
sub duce magno RHCIV in terram promissionis ingredi-
mur. Atsi vero fragilitate humana rectis gressibus ali-
quando exorbitaverimus, legibus ecclesiasticis salubriter
admonemur ut ad viam revertamur iustitiae, emendemus
in melius quod per negligentiam aut maliciose peccavi-
mus. Quam ob rem in omne tempus notum esse volu-
mus quatinus fidelis noster BENNO secundus venerabili-
lis sanctae osnebruggensis ecclesiae episcopus nostrae cel-
situdinis clementiam adiit. coepiscoporum suorum fre-
quentia stipatus ac veterem super ecclesiae suae decimis
quaerimoniam lacrimabiliter in aures nostras effudit.
Idem vero cum per omnem vitam suam a nobis optime
meruisset tum ea de causa dignior erat audiri. quod in
omnibus necessitatibus nostris fideliter nobis et inremotus
comes adhaesit. Talis autem ejusdem fidelis nostri
proclamatio fuit. quod antecessor noster vir diuae et im-
perialis memoriae KAROLVS ecclesiam sibi commissam
a primis fundamentis condiderat et decimas in episcopio
circum;

circumquaque terminatas eidem ecclesiae in dotem contulerat. eo quod in prediis aut regalibus redditibus donaria ad manus in primitiis fidei et novellae plantationis tempore illis in partibus nulla habebat. Quas donationes iuste a praefato principe eidem ecclesiae datas et manuscripto regio sub impressione anuli ex more confirmatas. ad multum tempus aiebat ecclesiae mansisse, usque dum bellicis perturbationibus pars earundem decimarum sub ludevico secundo per manus Copponis ab eadem scinderetur. Ea de causa cum per episcopos eiusdem civitatis actio et discussio in audientia principum atque antecessorum nostrorum regum et imperatorum sepius haberetur dijudicata est iustior pars episcoporum iniustior adversariorum. Equidem praefatus Coppo primus usurpator earundem decimarum cum totum occasione bellorum injusta dominatione suos in usus raperet. partem Warino fratri suo germano Corbeienfi Abbati partem abbatissae Adelaë herefurdenfi germanae suae concessit. Itaque Episcopi causam hanc in curia agentes manifestis probationibus evicerunt decimas ad sese legitima donatione redire debere. Ventilata est res in Conciliis IV. Primo romae sub papa Stephano secundo triburiae. sub Arnolfo imperatore tertio Bunnæ Quarto Ingelinheim. Ut in omnibus possessio decimarum communi sententia episcopis adiudicaretur. In ultimo etiam praesentibus fere omnibus teutonicarum partium episcopis mediantibus legatis romanis sub Johanne papa cum XXX. librarum auri compositione restitueretur. Verum ut semper dominatur iniquitas in iniustis res superius emendata et correcta rursus corrupta est. Hujusmodi vero causa cum fidelis noster praefatus osnebruggensis ecclesiae episcopus ad aures nostras saepius referret atque emendari et corrigi postularet, nos et aetatis imbecillitate detenti et adversariorum ejus precibus exorati multo tempore facere negleximus. Tandem assiduis ejus et coepiscoporum suorum
jus

jus suum agnoscentium admonitionibus devicti locum et diem statuimus. ad quem episcopus et aduersarii eius cum manuseriptionibus utrimque venirent: Adderant XX aut plures episcopi tum principes regni atque aliorum fidelium nostrorum numerosa multitudo. Lecta sunt in auribus omnium amborum cyrografa. dicta atque acta sunt diligentius omnia. Acclamatum est ab omnibus iustas esse partes episcopi aduersariorum iniustas. atque ut eidem episcopo suaequae ecclesiae iusticiam faceremus studiosis omnes instabant. Quam ob rem iniustum putantes equitatem negligere et iusticiae diutius obniti. petitioni fidelium nostrorum et consiliis acquievimus exinde auctoritate huius praecepti nostri statuentes statuimus ut eadem decimae ad dominium episcopi ejusque dispositionem uti *Karolus* instituit reuertantur. Neque sit advocatus aliquis aut alia major vel minor persona qui episcopos eiusdem civitatis hac in re amplius inquietare audeat. si episcopi easdem decimas quieto ordine et pace perpetua teneant, possideant, disponant! ea spe et in divinae pietatis confidentia, ut haec decimarum iusta restitutio animabus parentum nostrorum id est avi aviae matrisque nostrae imperatricis A. et cari patris nostri H. imperatoris *Aug.* fiat peccatorum remissio et negligentiae quam ipse in hac causa commisit apud deum fiat oblivio et ut in singulis diebus et in anniuersario eorum qui in bello contra saxones corruerunt ibidem memoria fiat et specialis oratio animae *Siegfridi* in eodem bello occisi ordinetur et fiat. ita ut sibi cottidie specialis missa et omni III. feria communiter a fratribus in choro una missa pro omnibus interfectis nostris et omnibus fidelibus decanetur et ad cursus horarum Pf. V. Prebenda quoque detur ei Clerico qui haec sigefrido debita diligenter observet. Convenimus etiam cum episcopo collaudatione clericorum suorum pro salute corporis et animae nostrae omni hebdomada XXX. missae pro vivis et defunctis ibidem decantentur.

tentur.

tentur. Post obitum autem nostrum specialiter pro animae nostrae et parentum nostrorum remedio missae et totidem psalteria ibidem decantentur nunc et in omne tempus futurum. Talia enim optantes credimus apud misericordem deum et nostram deleri negligentiam et antecessorum delicta redimi. qui hac in causa negligenter et maliciose egerunt. Et ut hujus praecepti nostri auctoritas omni aevo maneat stabilis et inconvulsa Kartam hanc scribi praecepimus et manu nostra ut est consuetudo regum et imperatorum corroboravimus. et sigillo nostro signari iussimus.

Signum Domini
Heinrici regis (L. S.) quarti invictissimi.

Gebehardus Cancellarius vice Sigefridi archiepiscopi recognovit.

Data VI. Kal. Febr. Indict. II. Anno dominicae incarnat. MLXXVIII. Anno autem regni domini HEINRICI regis quarti XX III. Actum moguncie feliciter amen.

XXX.

Diploma Henrici IV. datum Bennoni II. Osnabrugensi Episcopo de decimis de 1079. (ex aut.)

In nomine sanctae et individuae trinitatis Henricus divina favente clementia Rex; si querimonias sacerdotum quas nobis de necessitatibus ecclesiarum sibi commissarum obtulerunt adtenderimus. et justiciam misericorditer illis impendendo ad finem perduxerimus praesentis scilicet et aeternae felicitatis praemia exinde mercari liquido confidimus. Idcirco notum esse volumus, omnibus sanctae dei ecclesiae nostrisque fidelibus praesentibus scilicet et futuris, qualiter fidelis noster *Osnabrugensis* episcopus secundus *Benno* in nostro servitio devotissi-

tissi-

tissimus. serenitatis nostrae clementiam adiit. apostoli praeceptum sequens. arguendo. increpando. obsecrando et iuventutem nostram incusando. querimoniam faciens. se suosque antecessores nostrorum antecessorum scilicet avi nostri *Kuonradi* et cari patris nostri bonae memoriae *Heinrici* imperatorum forsitan in hac causa ignoranter delinquentium temporibus multas injurias et varias oppressiones de potentibus illius regionis maxime autem a corbeienſe abbate et Herifurdense abbatissa illorumque fautoribus in decimarum direptione ad suam ecclesiam debite pertinentium iam diu miserabiliter sustinuisse. Cujus proclamationi quamvis sepius iteratae diutius quam feliciter assentire rennuentes. aetatis teneritate ac quorundam consiliatorum nostrorum tunc temporis iuventuti nostrae providentium disuasionem ad haec determinanda. variis occasionibus praefixis nos excusavimus si tandem crebris et infinitis etiam pro Christianitatis miserabili defectu querimoniis et multorum clericorum et laicorum ius suum agnoscentium rogatu et consilio devicti *Wormaciam* eidem episcopo suisque adversariis ubi principibus nostris pro ceteris regni negotiis convenire statutum est ut et ipsi venirent praecepimus. Ibi vero XX episcopis X abbatibus ceterisque quam plurimis clericis ac laicis praesentibus utriusque partis scripta episcopus et aduersarii in medium proferebant. Episcopi vero scriptis lectis et intellectis Osnebruggensem ecclesiam adriani pape consilio et consensu a magno et illustri viro Karolo primitus in provintia *Westfala* fundatam et a venerabili Egilfrido Leodicensi episcopi consecratam et quia sibi tunc temporis praedia vel alia in illa regione non erant donaria unde episcopus et clerici ibi deo militantes sustentarentur decimis cunctorum infra terminos eiusdem episcopatus degentium et noviter ad Christianitatem converſorum consecrationis eius die dotatam et postea a IV. apostolicorum virorum privilegiis scilicet Leonis. Paschalis. Eugenii et Grego-

Gregorii stabilitum esse et omnem hominem eisdem privilegiis ante nos relectis, qui haec sancita aliquo modo irritaverit anathematizatum constare absque ulla ambiguitate didicimus. Ex abbatis autem scripto quod attulit nulla regali auctoritate confirmato iuniorem Ludeuicum quandam cellam Corbeienſi ecclesiae nomine *Meppiam*, Herifurdenſi autem ecclesiam nomine *Bunede* cum decimis sibi pertinentibus in episcopatu *Osnebruggenſi* concessisse intellexerimus. Ad haec infringenda et ad nihilanda eiusdem iunioris Ludeuici cartam proferebat in qua idem Ludeuicus avi patrisque sui statuta super eisdem decimis praefate *Osnebruggenſi* ecclesiae stabilivit et in earundem decimarum traditionibus quicquam derogasse ut abbatis scripta referunt denegavit. Abbate autem et abbatiſſa propter hoc solum quod ibi videbatur ficticium aliquid quo inniti possent non habentibus episcopus plurimorum antecessorum nostrorum regum et imperatorum scilicet *Arnolſi* filiisque eius *Ludevici*. *Heinrici*. primi, trium *Ottonum* cartas ipsorum manibus roboratas et sigillis assignatas, ecclesiaeque easdem decimas stabilientes praesentavit legendas. Ibi vero utrorumque sententiis auditis et subtiliter dijudicatis, archiepiscopi episcopi cum omni clero, duces et comites, etiam ipsis prius faventes, petitionibus episcopo consentire debere iusticia exigente unanimi concordia omnes affirmabant. Promissit etiam nobis praefatus episcopus decano ceterisque eiusdem ecclesiae clericis ad stipulantibus dum locus maneret integer et indestructus, pro vita nostra statuque regni dum viveremus, post obitum autem pro nostri et cari patris nostri *Heinrici* imperatoris augusti, matrisque nostrae *Agnetae* imperatricis, avi, aviae que animarum remedio XXX missas todidemque psalteria per singulas ebdomadas ibidem devote decantari et ad omnes cursus horarum psalmum unum. Insuper statutum est, ut in ae-

vum omni tercia feria communiter a fratribus in choro pro anima Sigefridi cari fevientis nostri. ceterorumque qui pro nostro honore defendendo in publico bello corruerunt specialis missa decantetur. Qua propter domini nostri Jesu Christi et beati Petri principis apostolorum et preciosissimorum martyrum Crispini et Crispiniani. nec non pro ueneratione KAROLI imperatoris augusti magni et pacifici et eiusdem ecclesiae fundatoris devotissimi et ceterorum antecessorum nostrorum eandem ecclesiam suis scriptis et praeceptis roborantium. nec non avi patrisque nostri atque nostra ceterorumque videlicet Regum qui in eandem ecclesiam iusticiam sibi denegando peccaverunt animarum remedio et liberatione et eiusdem episcopi sedula et diuturna proclamatione nostrae immunitatis et libertatis praeceptum super eisdem decimis episcopo suaeque ecclesiae stabiliendis fieri decrevimus Praecipientes ergo iubemus ut sicut reliquae avi regno nostro sanctae dei ecclesiae ab antecessorum nostrorum regum et imperatorum praeceptis et scriptis stabilitae consistunt ita et haec Osnabruggenis ecclesia per hoc nostrum praeceptum domino opitulante stabilita consistat. Concedimus etiam eidem episcopo et licentiam damus immo praecipimus secundum KAROLI institutionem decimas cunctorum infra sui episcopatus terminos habitantium quibus iam diu iniuste caruit in suam episcopalem potestatem recipere nemine contradicente. Et liceat praefato episcopo easdem decimas ceterasque res suae ecclesiae quas modo possidet vel deinceps adquisierit quieto ordine possidere suasque ecclesias sicuti ceterorum ius est episcoporum corrigere et earum causas absque ulla contradictione disponere. Sicque firmiter stabilitum est. ut cuncti eius Successores haec eadem a nobis sancita pari modo fortiantur. Et ut haec auctoritas nostra firmiorem in dei nomine habeat stabilitatem. manu nostra propria
ut

ut subtus videtur hanc cartam roborantes sigillo nostro iussimus assignari.

Signum Domini Regis Heinrici Quarti
invictissimi; Gebehardus cancella-
rius vice Sigefridi Archicancellarii (L. S.)
Recognovi

Data III Kal. April. Indiēt. II. Anno dominicæ incarnat.
M. LXXVIII. Anno autem regni domini Regis HEIN-
RICI quarti XXIII. Actum Ratifpone in dei nomine
feliciter Amen.

XXXI.

*Statuta Synodalia Concilii Coloniensis de pace pu-
blica. de 1083. (ex aut.)*

S. Sanctæ Coloniensis Ecclesiæ solo nomine Episcopus
F. confratri et coepiscopo voluntariam tam devotif-
fimi oraminis quam ferviminis sui exhibitionem, Cum
nostris temporibus ultra modum tribulationibus variisque
angustis Sancta Ecclesia in suis membris affligeretur,
adeo ut tranquillitas et pax ex integro desperaretur, com-
patiēdo tot pressuris totque periculis, subvenire illi Deo
propitiante tractavimus et hoc tandem illi remedium
consilio nostrorum fidelium providimus, ut pacem quam
peccatis nostris exigentibus continuare non potuimus,
intermissis saltem diebus, quantum nostri juris fuit, ali-
quatenus recuperaremus, fecimus enim hoc et perfe-
cimus.

Convocatis igitur Parrochianis nostris ad legitime
condictum Concilium, quod Coloniæ in Sancti Petri ma-
trice Ecclesia, anno dominicæ incarnationis millesimo
LXXXIII. Ind. VI. XII. Kal. Mai. habitum est, ordinatis
aliis, quod de his facere disposuimus, in publico recitari
fecimus.

fecimus. Quod postquam ab omnibus aliquamdiu diverso modo tractatum est et retractatum, Deo mediante in unum tandem conventum est, et tam Clero quam populo pari voto consentientibus quomodo et quibus per annum spaciis observari debebat edocuimus. Videlicet ut a primo die adventus Domini usque ad exactum diem Epiphaniæ, et ab intrante Septuagesima usque in octavas Pentecostes et per totam illam diem, et per annum omni die dominica feriaque VI. et in Sabbato, addita quatuor temporum feria, quatuor omnique Apostolorum vigilia cum die subsecuta; insuper indifferenter omni die Canonice ad jejunandum vel feriandum statuta vel statuenda, hoc pacis decretum teneatur, ut itinerantibus domique manentibus securitatis et quietis tutissima sit traditio. Ut cædes et incendia, prædas et assultus nemo faciat. Nemo fuste et gladio, aut aliquo armorum genere quemquam lædat, et ut nemo quavis culpa *faidosus* ab Adventu Domini usque in octavas Epiphaniæ, et a Septuagesima usque in octavas Pentecostes tollere præsumat arma, scutum gladium aut lanceam vel cuiuscunque prorsus armaturæ Sarcinam. In reliquis vero diebus, id est in Dominicis, et VI. feriis, omnique Apostolorum vigilia cum die subsecuta, et omni die ad jejunandum vel feriandum statuta vel statuenda arma illis ferre licebit, ea tamen conditione, ut nulli quolibet modo læsionem inferant.

Si necesse fuerit alicui infra spacium conditæ pacis, id est ab Adventu Domini usque ad Octavas Epiphaniæ, et a Septuagesima usque in Octavas Pentecostes exire de nostro Episcopatu in alium, quo ista pax non tenetur, arma ferat; ita tamen ne alicui noceat, nisi impugnatur ut se defendat, reversus autem in Episcopatum nostrum statim arma deponat.

Si contigerit, ut debeat obsideri castellum per dies qui infra pacem comprehensi sunt ab impugnatione cessent,

sent, nisi ab obsessis impugnentur et repugnare cogantur.

Et ne haec pacis statuta traditio a quavis persona temere et impune violetur, huiusmodi violatoribus in commune ab omnibus est dictata sententia: Si liber vel nobilis eam violaverit, id est, si homicidium fecerit aut aliquem vulneraverit vel quolibet alio modo defectaverit, absque omni sumtuum aut amicorum interventione a finibus confinium suorum expellatur, totumque praedium eius haeredes sui tollant. Et si beneficium habuit, Dominus ad quem pertinet illud recipiat.

Si vero heredes aliquod illo postquam expulsus fuerit sustentaculum vel solatium impendisse inventi fuerint et convicti, praedium illis auferetur, et regiae dictioni mancipetur. Quod si se purgare de obiectis voluerint, cum duodecim, qui aequae nobiles et aequae liberi fuerint, jurent.

Si servus occiderit hominem, decolletur. Si vulneraverit manu, puniatur. Si alio modo vel pugno five fuste vel lapide percutiendo, defectaverit, detondeatur et excoriatur.

Si autem cui imputabitur se innocentem probare voluerit, iudicio aquae frigidae se expurget, ita tamen ut ipse et nullus alius pro eo in aquam mittatur. Si autem timens vindictam, que in eum dicta est, aufugerit, perpetuae excommunicationi subjacebit, et in quocunque loco auditus fuerit, mittantur illuc literae, per quas denunciatur omnibus quod excommunicatus est, et quod cum eo communicare nulli licitum est.

Non debet truncatio manuum in pueris fieri, qui nondum XII annorum aetatem impleverunt, sed in illis qui ab hac aetate, id est a XII. annis ad majorem pervenerunt. Pueri tamen si pugnaverint verberibus castigentur, et a pugnando deterreantur.

Non lædit pacem, si quis delinquentem servum suum vel discipulum vel quolibet modo sibi subditum scopis et fustibus cædi jusserit.

Excipitur etiam ab hac pacis constitutione si Dominus Rex publice expeditionem fieri iusserit propter appetendos regni inimicos, vel Concilium sibi habere placuerit propter dijudicandos justitiæ adversarios.

Non violatur pax si interim Dux aut alii Comites vel Advocati, vel qui vice illorum funguntur placita habuerint, et secundum quod Lex habet in fures et prædones et alios nocentes iudicia exercuerint.

Securitatis gratia omnibus præcipue fædosis huius dominicæ pacis statuta traditio est, sed non ut post expletam pacem rapere et prædari per villas et per domus audeant; Quia quæ in illos antequam ista pax statueretur Lex et sententia dictata esse legitime tenebitur, ut ab iniquitate prohibeantur, quia prædatores et grassatores ab hac divina et omni prorsus pace excipiuntur.

Si quis huic piæ institutioni contraire nititur ut nec pacem cum aliis Deo promittere, nec etiam observare voluerit, missam illi nullus presbyterorum in nostro Episcopatu cantare præsumat, et nullam salutis curam impendat. Et si infirmatur, nullus eum Christianorum visitare audeat, et viatico etiam in fine, si non respicit, careat.

Summa vero promissæ Deo pacis et communiter collaudatæ ista erit, ut non solum in nostris temporibus sed in perpetuum apud posteros nostros observetur, quia si quis eam irritare vel destruere aut violare præsumpserit, sive hoc tempore sive per multos annos circa finem sæculi nasciturus erit, a nobis irrecuperabiliter excommunicatus est.

Non magis in Comitum aut Tribunorum vel potentum, quam in totius communiter populi potestate et arbitrio constabit, ut vindictas superius dictatas violatoribus sanctæ

sanctae pacis inferant, et hoc diligentissime caveant ne in puniendis amicitiam vel odium vel aliud quod iustitiae contrarium sit exerceant, ne si abscondi possunt delicta aliquorum abscondant, sed potius in publicum deferant.

Nullus pro redimendis qui in culpa deprehensi fuerint pecuniam accipiat, nec favore quopiam culpabiles adiuuare contendat, quia qui fecerit intolerabile animae suae iudicium incurrit, ac per omnes fideles meminisse oportet, non homini sed soli Deo hanc pacem promissam fuisse, et tanto tenacius firmissime observandum esse.

Quocirca universos obsecramus in Christo, ut ista pacis necessaria taxatio inviolabiliter custodiatur, ut si quis eam deinceps violare praesumpserit, omnino a sanctae ecclesiae filiis sequestretur, et banno excommunicationis inrecuperabilis et anathemate mansurae perditionis dampnetur. In Ecclesiis vero et ecclesiarum cimiteriis honor et reverentia Deo praebetur, ut si illuc confugerit raptor vel fur minime interficiatur, vel capiatur, sed tam diu inibi obsideatur, donec fame urgente ad deductionem cogatur.

Si aliqua persona reo arma victum vel fugam moliari praesumpserit, aequalem poenam sicut reus sustinebit. Clericos vero et omnes sub ordine vitam degentes banno nostro interdiciamus Laicali vindicta puniri, sed manifesto crimine deprehensi Episcopo ipsorum praesententur. Unde Laici decollentur, Clerici degradentur. unde Laici detruncentur Clerici ab officiis suspendantur et cum consensu laicorum crebris jejuniis et verberibus usque ad satisfactionem affligantur.

XXXII.

Heinrici Imperatoris de decimis de 1084.

(ex aut.)

H. Dei gratia Romanorum Imperator Augustus Omnibus de Westfalen suis fidelibus majoribus et minoribus gratiam dilectionem et omne bonum. Quia ad omnia nobis placita vos promptissimos scimus, procul dubio in hiis, quæ justo decernimus tanto promptiores speramus, quanto iustitiæ vos avidiores æstimamus. Vnde ea quæ super decimis et iustitiis Osnaburgensis Ecclesiæ decrevimus, tanto firmiora esse volumus, quanto rectiora iudicamus. Præcipimus quia iustum est, petimus quia vos diligimus, ut decimationes omnes in universo Episcopatu Osnaburgensi sicut Jus Canonicum exigit annuatim exhibeatis, et neminem in hoc timeatis. Nos enim qui iustitiam præcipimus, ut iustitiam faciatis vos adjuvabimus. Valete.

XXXIII.

Bennonis Episcopi de Curia Triburiae cum venatu et foresto in Dycbrock, Tyburbrock et Straden

de 1085. (ex aut.)

In nomine sanctæ et individuae Trinitatis. Notum fit omnibus sanctæ Dei Ecclesiæ fidelibus tam præsentibus quam et futuris, qualiter Domina Gysla Nobilis foemina cum consensu et collaudatione iustæ heredis suæ Oderadæ, scilicet fratris sui Godescalci, per manum Advocati sui Heinrici filii Adelberti Comitis, Curiam Triburiam sitam in Comitatu Adelgeri filii Wikiggi Comitis absque ulla conditione et contradictione cum omnibus utilitatibus ibidem pertinentibus, scilicet aedificiis centum

et

et V mancipiis, in arvis, nemoribus, pratis, pascuis, variis, aquæductibus, molendinis, saltibus, cultis et incultis, acquisitis et acquirendis, piscationibus, venationibus, exitibus et redditibus. Insuper et forestum in his tribus silvis Dyvbrock, Thyburebrock, Straden, in porcis videlicet silvaticis, cervis, capreolis, castoribus, leporibus, piscibus, omnique venatione quæ sub banno usuali ad forestum deputatur. Addidit etiam pro elemosina ipsius et omnium debitorum suorum vivorum atque defunctorum, duarum ecclesiarum scilicet Thriburiensis et Maleburgenfis dimidiam partem, et hæc insimul Osnabruggenfi Ecclesiæ et mihi Bennoni eiusdem Episcopo in proprietatis usum donavit et tradidit.

Ego autem e contra precaria restitutione eidem prænominatæ Gyslæ et Oderadæ nepti suæ et heredi Curiam Goldeslide sitam, quam Folker et uxor ejus Badaloc jure illius terræ eidem Ecclesiæ tradiderunt. Insuper decimus quatuor villarum ejusdem loci Goldenstide, Geze, Borsla et Halan, per manum Advocati nostri Fölkeri usque in finem utriusque illarum vitæ retinendum et potestative utendum tradidimus, ea videlicet ratione, si aliquis successorum nostrorum hæc infringat, vel aliquo modo minuat, ipsæ sua recipiant, et absque omni contradictione retineant.

(L. S.)

XXXIV.

De Curii Effene et Bomwede de 1086.

(ex aut.)

In nomine sanctæ et individuæ Trinitatis. Notum sit omnibus fidelibus tam præsentibus quam futuris, qualiter Dominus Giselbertus et Domina Cuniza, presente scilicet sorore sua et collaudante duo loca *Effene* et *Bomwede* cum familiis et mancipiis nec non et aliis utilitati-

bus ad illa iure pertinentibus Domini Bennono Episcopo superflite eiusque Advocato Everhardo ad Osnabruggensem Ecclesiam S. Petro Apostolo in haec verba tradiderunt, ut quotannis vitae suae e contra in beneficium quatuor libras decimationis et quatuor feres, id est duos porcos et duas cervas illi utrique ad usque finem vitae suae haberent. Isti sunt testes qui hoc viderunt et audierunt. *Canonici:* Eylbard, Ecbraht, Eilword, Atalbraht, Liuzico, Alfword. *Nobiles Laici:* Otto. Praefecti Godescalci filius Haold, Amelung, Werin, Ezo, Benniko, Hrothuelf, Hezil, Godebold, Thiederic, Thiedo, Widilo, Luidolf, Celico, Ricfrith, Rutolf, Vdo. Werinheri, Azo, Odo, Bernold, et alii multi nec non et omnes cives. Haec sunt loca in quibus decimatio sita est Banwida, Wernapi, Nimodon.

(L. S.)

XXXV.

Nobilis Fölker et Aueza uxor sua contulit Ecclesiae Osnabr. curtem in Vene cum 50 mancipiis sub Bennone II. Episcopo, de 1086. (ex aut.)

In nomine sanctae et individuae Trinitatis. Noverint omnes tam posteri quam praesentes qualiter Nobiles Fölker cum consensu uxoris suae *Aueza*, et ipsa *Aueza* cum consensu filii sui *Albyci* heredis legitimi Osnabruggenfi Ecclesiae tradiderit curtem Vene vocatam, cum tribus possessis mansis in eadem ulla cum omni utilitate ad ipsam curtem pertinente cum quinquaginta mancipiis, in aedificiis, in arvis cultis et incultis, pratis, pascuis, aquaeductibus, molendinis, saltibus, venationibus, piscationibus, exitibus et redditibus Bennone Episcopo secundo hanc traditionem absque omni contradictione per manum Advocati sui Everhardi in precariam recipiente. Econtra accepit idem Fölker et uxor sua *Aueza* ab eodem Episcopo

Episcopo Bennone in beneficium duas libras decimationis, unam libram in duabus villis Harpensten, Lochuson, aliam Holtfateshuson iuxta Stickfurdem, ea conditione, ut siue maritus uxori, siue uxor marito superstes fuerit totum prædium quod ecclesie dederunt, et beneficium quod acceperunt, ad finem vitæ ipsorum retineant, et post mortem utrorumque Albericus Auezae filius et idem heres legitimus solum beneficium supradictum ad finem vitæ suæ retineat absque seruitio. Si quis successorum. quod absit, vel alia persona hoc statutum infringere vel minuere aliquo modo præsumpserit, sciat supradictis tribus personis liberam potestatem per nos fuisse concessam recipiendi sua. Haec acta sunt Slippedorp in placito Wezelonis Comitis. IV. Kalend. Octobris multis nobilibus et liberis videntibus et testimonium perhibentibus.

XXXVI.

De Goldinstede aliisque prædiis de 1087.

e cop. Iburg. P. II. p. 15.

Notum esse volumus omnibus fidelibus tam futuris quam et præsentibus. Quod Hildeberga Fretherundæ Abbatissæ et Hildesuith soror, quaedam loca infra nominanda, quæ jure hereditatis in partem proprietatis a prædictis sororibus acceperat, earum et mundiburdi et heredum suorum id est filiorum Henrici videlicet et Fretherici præsentia et collaudatione Osnabruggenſi Ecclesie S. Petri secundo Benoni Episcopo in jus proprietatis et perpetuæ possessionis in placito Wezelonis Comitis habito Eppirslot contradidit. Hæc autem sunt nomina locorum in Goldinstede unam Curiam, in eodem loco didiam Ecclesiam cum omnibus jure ad ipsam pertinentibus, et Thuline tertiam partem et in Farnezehe unum

Vor-

Vorwerk et Eishufon aliud *Vorwerk*. Contra haec omnia in precariam IV. libras et dimidiam in decimatione a praedicto Episcopo accepit &c.

Huius rei testes sunt *Ex Clericis* Luizico Decanus, Johannes, Wiggerus. *Ex Nobilibus* Everhardus Advocatus, Godeboldus, Bernere, Thideric et aliiquam plures.

XXXVII.

De Thacmadede.

ex eodem. p. II.

Quaedam Nobilis vidua Azala, manu unici filii sui et iussi heredis Thetmari collaudatione Vorwerk Tacmade, quod dimid. libram denariorum dimidiamque per annum solvit annonam, Monasterio S. Clementis in Iburg eiusque Abbati Norberto Fratribusque Deo deferentibus et suo Advocato Wezeloni cum omnibus pertinentiis eius in proprium tradidit.

XXXVIII.

De curte in Hittesbusen.

In nomine S. et individuae trinitatis notum sit omnibus Christi fidelibus tam praesentibus quam futuris, quod Azala nobilis foemina Osn. ecclesiae Episcopo Bennoni secundo ad ecclesiam S. Clementis in Iburg legaverit collaudatione filii sui et iussi heredis Dietmari absque omni contradictione curtem quam habuit in *Hittesbusen* cum omnibus utilitatibus ad ipsam curtem spectantibus aedificiis, mancipiis, arvis tam desertis quam possessis, pratis, nemoribus, sylvis, saltibus, pascuis, cultis et incultis, aqueductibus, molendinis, vivariis, piscationibus, venationibus, exitibus et redivibus. Econtra accepit eadem Azala
sta-

stabularium Adinchusen in precariam et V. libras filioque eius quatuor libras ex parte ejusdem Bennonis Episc. in beneficium hac ratione habendas, ut si quis Episcoporum eius successor quod absit infringere tentaverit hoc statutum liberam habeant potestatem recipiendi sua. Testes Wezel Godefrid Adalger Bernard Folker Adalbrath Reinbold Tietmar Heinrich Friether Immo Thimmio Ippo Rotward Richard Reinbold Bennico Hemmico.

XXXIX.

Traditio Everhardi Advocati, qua Episcopo et Capitulo dedit diversa bona in Yckere &c. de 1090.

(ex aut.)

In nomine sanctae et individuae Trinitatis. Divina annuente Clementia noverit omnium fidelium industria tam absentium quam praesentium, qualiter Everhardus Osnabruggerensis Ecclesiae Advocatus praesente et collaudante Liudolfo fratre et herede suo in Placito Wezelonis Comitis *Voccasthorp.* habito quandam Precariam cum praedicta Ecclesia Sancti Petri fecit, praesentibus et collaudantibus M. designato Episcopo, et Widone eiusdem Ecclesiae Praeposito, Canonicis etiam et servientibus et ex magna parte militibus, et ob memoriam animae suae loca inferius notata cum famulis et mancipiis nec non et aliis vtilitatibus ad ipsam iure pertinentibus in proprietatem et perpetuam possessionem praedictae Ecclesiae cum consensu et laude praedicti fratris sui contradidit, eo videlicet tenore, ut pro ipsis bonis, quae ipse praedictae Ecclesiae dedit quinaque libras decimationis in beneficium absque ullo tamen servitio reciperet et usum fructum de ipsis bonis quae Ecclesiae dedit usque ad finem vitae suae haberet. ita quidem ut singulis annis determinatum inde censum duos videlicet denarios ad altare S. Petri solveret;

ret;

ret; ipso vero defuncto utrumque id est decimationem et precariam præfata Ecclesia obtineret. Locorum autem nomina quæ præfatus Advocatus præfata Ecclesiæ dedit hæc sunt. *Ickari* unam domum dedit, et eo pacto ut quamdiu filia sororis eius ex concubina viveret, eam jure ministerialium obtineret. Idem *Burgwide* dedit cum omnibus jure ad ipsam pertinentibus. Et in *Velzaten* unum foreweric et unam domum cum omni utilitate. *Vene* dedit *Gevehardum* et *Euonem* cum omnibus quæ possidet *Suavasthorp* dedit unum mansum cum omni utilitate. Item propter Ecclesiam dedit *Holtbusum* cum omnibus ad ipsam jure attinentibus, et eo pacto ut pro anima et remedio peccatorum suorum monachis S. Clementis ad supplementum præbendæ in perpetuam possessionem daretur, etiam si ipso *Everhardo* superflite ab aliquo Episcopo superventuro Precaria ipsa infringeretur. Et antequam prædicta loca præfata Ecclesiæ prædictus Advocatus daret dederat etiam *Thorhem* cum omni utilitate, et pro ipsa *Bamwide* in beneficium usque ad finem vitæ receperat. Et hoc in prædicto placito consensu et collaudatione prædicti fratris et heredis sui firmavit. Collaudatum est etiam in eodem placito advocato rogante, ut *Thieodericus* quidam nobilis quia domum *Ickari* in precariam dederat ei pro hac et pro hac triginta solidos de beneficio ad Advocatiam pertinente ab ipso susceperat, post eiusdem Advocati obitum eosdem triginta solidos ab ipso Episcopo in beneficium susceperet et apud ipsum deserviret. Idem de *Gerhardo* ejusdem Advocati milite statutum est, ut beneficium, quod ipso Advocato herebat, post ejus obitum de manu Episcopi reciperet et haberet. In prædicto etiam loco et placito antedicti *Wezelonis Ludolfus* præsentem et collaudante prædicto *Everhardo* fratre et berede suo sæpe factæ Ecclesiæ sancti Petri *Burela* et *Astborpa* cum familiis et mancipiis et omnibus ad hæc duo loca iure pertinentibus similiter in
pro-

proprietatem et perpetuam possessionem donavit et tradidit, et pro his quinque libras decimationis, sicut et frater accepit, et eo pacto ut decimationem ipsam et precariam absque ullo servitio usque ad finem vitæ suæ retineret; post obitum vero ejus *Helmburga*, quæ in servitio eius fuerat Asthorpa et triginta solidos de ipsa decimatione a prædicta Ecclesia Olnabruggenfi haberet, et usque ad finem vitæ suæ possideret, post obitum autem jus utrumque ad Ecclesiam rediret. Et quia pater et avus prædictorum fratrum in bonis prædictæ Ecclesiæ Advocati fuerant, et ipsi eam bonis suis ab - - alienaverant, illam - - - - placito tam a supra dicto M. designato Episcopo, quam et a ceteris Clericis, militibus et servientibus Ecclesiæ præsentibus, ut quicumque ex Fratribus suprascripto Advocato superstes fieret, minori et leviori pretio quam alius quilibet Advocatiam cum beneficio si vellet ab Episcopo dictæ Ecclesiæ impetrare deberet. Acta sunt hæc XVI. Kalendarum Augusti Anno millesimo nonagesimo. Indictione XIII. *Ex Clericis* autem interfuerunt et hæc audierunt *Wido* Praepositus, *Liuziko* Decanus, *Eilhardus* custos, *Everoldus*, *Walegerus*, *Haradus*, *Bernhardus*, *Abbiko*. Insuper fuerunt ibi omnes illo *Biergeldon* de illo placito ubi hæc facta sunt. Et *Siwerc* fuit ibi cum omnibus *Biergeldon* de *Slidusun*, et *Alffger* et *Hemmic* cum omnibus *Biergeldon*, qui in Comitatu eorum manent. *Ex servientibus* autem Ecclesiæ affuerunt *Huno*, *Weinheri*, *Odo*, *Hardbraht*, *Meinolf*, *Abfolon*, *Johannes*, *Bernolf*, *Manegolt*, *Reinolt*, multi adhuc alii præter istos.

(L. S.)

XL

XL.

De Curia in Holtbusen. de 1091. e Cop.

Iburg. P. II. p. 17.

In nomine sanctae et individuae Trinitatis. Notum sit — Qualiter Dominus Everhardus Nobilis homo et summus Osnaburgensis Ecclesiae Advocatus, consensu et collaudatione fratrum suorum justorum heredum *LVDOLOFI* videlicet et *WARINI* praedia sua ad supradictam Ecclesiam et ejus Episcopo, ad finem tamen vitae suae retinenda solvit, et utenda in justam precariam tradidit. et sub eadem precaria et constitutione Curiam quam in *Holtbusen* habebat cum omnibus pertinentiis ejus, excepta Ecclesia quae ibi est, ad Monasterium *S. Clementis* in *Iburg* propria manu, juncta similiter et manu Episcopi super altare ejusdem Martyris *Weclone* ejus advocato traditionem recipiente, perpetualiter dedit et confirmavit &c. Actum est hoc anno Dominicae incarnationis *MXCI.* sub testibus habitis *Gerhart, Thideric. &c.*

XLI.

De Curte in Beveren.

In nomine sanctae et individuae Trinitatis. Notum sit omnibus — Quod Dominus Everhardus Nobilis homo *Curtem* quam in *Beveren* habebat Domino *Bennoni* Osnab. Episcopo ad Ecclesiam *S. Clementis* in *Iburg* in precariam tradere constituerat, et datis eidem Everhardo quasi pro arrhabone ab Episcopo *III.* libris, et die constituta qua id fieret et firmaretur, Episcopus morte praeventus condictionem hoc terminare non potuit. Cumque eadem res successori ejus Domini *Marcwardo* innotuisset, acceptis ab Abbate ejus Monasterii *X* marcis ut ita stabiliret

liret uti praedecessor eius inceperat, et constituto die in loco *Boctestorp*, et aequata precaria cum curte et aliis quibusdam praediis, quae tamen Episcopus sibi detinebat, idem Everhardus supradictam Curtem praesente et iubente Domino Marcwardo Episcopo et recipiente ad Ecclesiam S. Clementis in Iburg perpetualiter tradidit et confirmavit. Sed cum haec res minorem firmitatem habere videretur, eo quod iustus heres, frater videlicet eius *Temo*, utpote vulnere infirmitate detentus, praesens non esset, sed nuntius eius, iterum constituto die in loco *Remeseth* in Comitatu Adalgeri, idem Everhardus praesente et consentiente et collaudante fratre eius *Temone* iusto herede supradictam Curtem ad Ecclesiam S. Clementis in Iburg Domino Marcwardo Episcopo et eius Advocato Everhardo cum omnibus pertinentiis ejus aedificiis, mancipiis, nemoribus, pratis, pascuis, aquaeductibus, piscationibus, castoribus, leporibus, denique omni utilitate collatu perpetuo jure tradidit et in aeternum confirmavit. Testes

XLII.

Commutatio Curiae Triburiensis de 1094.

(ex aut.)

In nomine sanctae et individuae Trinitatis. Noverit omnium fidelium Christi universitas, qualiter mihi Gumberto humili Patherbrunnensis monasterii abbati, et Domino *Widoni* venerabili sanctae Osnanbruggensis ecclesiae episcopo de quibusdam nostrarum ecclesiarum bonis, concambium fieri placuit. Curiam enim unam *Triburi* nominatam in episcopatu praenominati episcopi habuimus a secundo *Heinrico* Imperatore monachis nostri monasterii proprietatem utendi, commutandi precariandi donatam, ipse vero duas curtes *Deheim* et *Beribur*

Doc. Tom. II.

d

bur

bus nominatas in episcopatu Mindenſi fitas, noſtrae curiae quae *Rime* nominatur adjacentes habuit. Igitur quia praedicta noſtra curia longa terrarum intercapedine a nobis diſtabat, ſed praefato epifcopo bene ad utendum locata fuerat, et nos eius praenominatas curtes noſtris ut diximus bonis adjacentes poſſe utiles nobis fieri cognovimus, et ipſe de noſtris et nos de ſuis viciffim concambium fieri poſtulavimus. Vnde die et loco inter nos ſtatutis, domino noſtro *Heinrico* epifcopo praefente et collaudante, et noſtris fidelibus clericis et monachis, militibus atque ſervientibus ex utraque parte collaudantibus de praedictis bonis per manus noſtrorum advocatorum commutationem fecimus, et perpetua ſtabilitate firmavimus. Nos quippe noſtram praedictam curiam cum omnibus appendiciis ſuis, ſicut eccleſia noſtra a memorato imperatore in proprietatem ſuſceperit, eccleſiae praenominati epifcopi in commutationem tradidimus exceptis XL utriusque ſexus mancipiis, pro quibus nobis alia retribuere in praedictis bonis ſuis copiam non habuit. Praenominatus autem epifcopus praedictas duas curtes cum omnibus appendiciis ſuis et mancipiis, quam et in caeteris rebus eccleſiae noſtrae in perpetuam poſſeſſionem contradidit, tribus tantum manſis in ſuo iure clientes qui in ipſis commanebant habere permifit. Addidit quoque ad praedictam commutationem de bonis quae ad curtem *Menthe* pertinebant cenſum IV. ſolidorum, quatenus aequalitas fieret penſationum. Ut autem haec noſtra et ſua traditio ſtabilis et inconvulſa per ſuccedentiam temporum maneat, hanc cartam inde conſcriptam dominus *Heinricus* epifcopus propria manu confirmavit et ſui ſigilli impreſſione inſignivit. Actum eſt hoc iuxta *Angaram*. VII. Kal. Septb. Indictione II. Anno ab incarnat. domini MXCIII.

† HEINRICVS *Dei Gratia Padberbronens. Epifc.*

XLIII.

XLIII.

De Curia Hagerinctorp. de 1095. e Cop. Iburg.

p. 1. fol. 376.

In nomine sanctae et individuae Trinitatis. Notum sit omnibus Christi fidelibus tam praesentibus quam futuris. Quod Dominus *Benno* Osnabruggenfis Episcopus huius Coenobii quod constitutum est in Iburg in honore B. Clementis Martyris fundator et pater, Curiam Hagerinctorp ad Episcopale servitium tunc pertinentem huic Monasterio concessit, quousque Deo donante aliquid acquireret, unde eam redimere posset. Sed illo morte praevento, cum ei in Episcopatu Dominus *Wido* succederet, et Fratres multis egere conspiceret, eandem Curiam huic Monasterio et ejus Abbati *Norberto*, per interventum *Sigebergenfis* Abbatis praedecessoris piae memoriae firmiter stabilire curavit. Nam facta concambio per manus Advocatorum *Amelongi* scilicet qui tum Osnabrugge, et *Gerhardum*, qui huius loci Advocatus erat, in praesentia Clericorum Militumque et servientium suorum haec duo loca, quae nuper per propriam industriam acquisierat, pro ea sola ad servitium Episcopale restituit, *Hingelage* videlicet, quod et Nobilis Sanctimonialis *Frederun*, quae tunc in *Hersebruck* Abbatissa fuit, cum omnibus eius pertinentiis absque omni contradictione tradiderat, et *Esethe* cum ipsa Ecclesia, itemque omnibus pertinentiis ejus, quod ei donarat *Hildeswib* Nobilis vidua, qui rem eandem ita sub obtestatione et divina majestatis autoritate confirmare et permunire in posterum studuit, sub aeterni anathematis vinculo includeret, quicumque unquam tam ratae constitutionis concambium ullo modo infringere aut violare temptasset. Actum est hoc anno dominicae Incarnat. MXCV. suae autem electionis secundo, mense Aprili.

d 2

XLIV.

XLIV.

*Donatio facta Widoni Episcopo Osnab. Curiae
in Nortensfelden cum XXI. mancipiis de 1096.*

(ex aut.)

In nomine sanctae et individuae Trinitatis. Notum facimus et notum esse volumus omnibus tam praesentis quam futuri temporis hominibus, quod *Swaneburg* mul-torum annorum vidua quandam curiam Northensfeld nominatam cum XXI. mancipiis, ceterisque omnibus iure ad ipsam curiam quocunque modo pertinentibus, consensu et collaudatione legitimorum heredum suorum, id est, *Erphonis* filii sui, et *Tethae* filiae suae per manum mundiburdi sui id est ejusdem *Erphonis*, qui heres et mundiburdus eius erat, mihi *Widoni* Episcopo et Ecclesiae Sancti *Petri* Osnabruggeni ad manum Advocati mei *Amulungi* in jus et proprietatem perpetuae possessionis contradidit, et e contra pro ipsa curia viginti quatuor solidos in decimatione accepit, ita ut et decimationem et usumfructum de praedicta curia in vita sua habeat, post mortem vero eius et decimatio ad Ecclesiam S. *Petri* redeat, et praedicta curia cum usufructu et omni utilitate in Ecclesiae possessione perpetuo maneat. Et quia praedicta Vidua in praenominata Curia duas partes in proprietate, tertiae vero partis usumfructum solummodo in vita habebat, *Erpho* filius eius, ad quem pars illa tertia hereditario iure veniebat, consensu et collaudatione praedictae matris mihi et praedictae ecclesiae meae legitime vendidit. Et pro ea parte quatuor libras denariorum, ibi ubi traditio facta est, accepit, et insuper pro eodem pecunia omnem quaerimoniam, quam de aliis rebus erga Ecclesiam meam prius habebat, remisit penitus et refutavit. Praeter praedictam vero Curiam praenominata vidua consensu et collaudatione praedictorum heredum suo-

suorum remedio animæ suæ quendam Odbertum nomine cum bonis suis mihi et Ecclesiæ meæ in proprietatem dedit, eo pacto, ut ipse de reliquo iure servientium Ecclesiæ viveret. Acta autem sunt hæc omnia in placito Folcmari Comitis Holthus habito VI. Idus Novembris Anno millesimo nonagesimo sexto. Indictione quinta, præsentibus testibus *ex Nobilibus* Everhardo Calvo, Gozwino, Thidric, Helmric, Tiemo, Godeschalc, Hathebrand, *Ex liberis* autem Formund, Waldmar et omnes Bergildi ad prædictum Placitum pertinentes.

LXV.

Donatio Curiae in Waldenbrug facta Widoni Episcopo a Demod Sanctimoniali de 1096. (ex aut.)

In nomine sanctæ et individuae Trinitatis. Notum esse volumus omnibus tam futuri quam præsentis temporis hominibus, quod *Demod*. Sanctimonialis consensu et collaudatione legitimæ heredis suæ *Liudgarde* per manum *Adolfi* advocati sui, curiam quæ *Waldenbrug* nominatur, cum omnibus iure ad ipsum pertinentibus *Osnanbruggense* ecclesiæ Sancti Petri et michi *Widoni* episcopo ad manum advocati mei *Amulungi* in jus et proprietatem perpetuæ possessionis contradidit. et e contra duas libras in decimatione accepit. Insuper pro remedio animæ suæ ecclesiam in prædicto loco sitam cum omni dote sua prædictæ ecclesiæ Sancti *Petri*. jure proprietatis perpetuo possidendum addidit. Si quis autem ex successoribus nostris, quod absit, prædeterminatam decimationem ei abstulerit, potestatem habeat sua item ad se recipiendi. Acta sunt autem hæc *Astrere*. in placito *Amulongi* Comitis, anno millesimo nonagesimo sexto, indictione quarta, XVI. Kal. Junii. præsentibus *ex nobilibus*. Heinricho et Herimanno. nepote eius Everhardo Calvo. Hagero. Tiemone Hathebrando. *Ex liberis* autem Aldric. Annicone.

Suathere. Athelrad. Wezel. Bennicone. Mancipia autem cum prædictis bonis XVIII. dedit.

(L. S.)

WIDO. *Dei Gratia Ofenbrugg.*

XLVI.

De Curte in Berlere. de 1097.

6 cop. Iburg. P. I. p. 127.

In nomine sanctæ et individuæ Trinitatis. Notum sit omnibus Christi fidelibus tam præsentibus quam futuris. Quod Hildeſuith Nobilis foemina prosperitate vitæ præſentis ſcilicet et animæ futuræ ſaluti providenter conſulens et ſapienter proſpiciens, Curtem quam habuit in *Berlere* Monasterio S. Clementis in Iburg et eius Abbati Norberto juſte legaverat, firmiter absque omni contradictione tradidit collaudatione et conſenſu juſtæ heredis *Friderunis* videl. Sanctimonialis foeminae, quæ tunc in *Herſebruck* Abbatissa fuit, cum omnibus utilitatibus ad ipſam curtem pertinentibus, ædificiis mancipiis, arvis, tam cultis quam incultis, pratis, nemoribus, ſilvis, fal-tibus, paſcuis, venationibus, exitibus, reſtitibus, et uno manſo, quem ipſa pro XXX ſolidis in vadimonium poſuerat, quem tamen Abbati vel cuiſlibet ſucceſſori ſuo eodem pretio, ſi voluerit redimere licebit. Veruntamen Abbas ſupra dictus illius tam piæ voluntati et egregiæ liberalitati, quam tantummodo Deo inſpirante conceperat, et tantum pro remedio animæ ſuæ cum vita decederet obtulit, aliam cupiens recompenſare vicem pietatis, X marcas ei pro benedictione reddidit et communem omnium fratrum orationem et fraternitatem, quam maxime illa tantummodo pro retributione tanti beneficii flagitaverat, æqualiter ac ſi uni ex Monachis in Monasterio profeſſis æternaliter ſive viventi ſive defunctæ ſtabilire

bili curavit. Actum est hoc anno dominicæ incarnat. M. XC. VII. in Comitatu Amulungi in villa Schierlo. eodem Amulungo Advocato scilicet tunc Osnabrugensi traditionem recipiente ad usum Ecclesiæ, præsentem Formunde ejusdem Venerabilis foemina et legitime consciente firmante ceram his testibus. Ruthere, Eilo, Hilcekin, Cuneborn, Bojo, Tiefeko, Buno, Ruccko, Tiecicio, Abbeco.

XLVII.

De redditibus anguillarum. de 1108. e Cop.

Iburg. P. II. f. 9.

In nomine sanctæ et individuæ Trinitatis. Notum fit omnibus tam præsentibus quam et futuris Christi fidelibus. Quod Dominus Eigilmarus Comes in confinio Saxonie et Frisiae potens et manens, suadente et efficiente Venerabili eius coniuge *Rubeza*, et laudantibus et consentientibus duobus eorum filiis *Christino* scilicet et *Egilmaro*, nec non et filia *Gertrude* Monasterio S. Clementis in Iburg, et eius Abbati Norberto, et universis pariter fratribus, tantummodo pro remedio animæ suæ et eorum quos diximus, nonaginta ligaturas anguillarum in Nativitate S. Mariæ ad Aldenburg præsentandas, et ibi a nuntio Abbatis recipiendas de duabus domibus, una in Merehusen et altera in Gethusen, omni anno firmiter et æternaliter absque omni contradictione donari constituit. Et quia potens divitiis et bona voluntate plenissimus nihil aliud exigit, e contra eis Abbas et fratres devotissimas et spiritualiter quasdam orationes exhibendas mutua fraternitate et sincerissima fidelitate vivis dum viverent, et defunctis dum vita excederent et omni posteritati et successioni eorum usque in sempiternum stabiliter promiserunt et fixerunt. Si quis autem tam pium et salubre donati-

vum aliquo modo corrumpere aut infringere tentaverit irremediabiliter se peccare credat et ante tremendi iudicis tribunal damnari formidet. Ad confirmandum autem tam boni operis testimonium dorsale laneum insigne et novum ad eandem misit Ecclesiam, ut quotiens videretur totiens ejus ibi memoria renovaretur, et tanto studiosius pro eo ibi semper oretur, quanto praesentiam eius praesens munus semper adesse testetur. Si quis autem tam liberalis viri imitatus exemplum ad haec auxerit, ab omnibus mereatur absolvi criminibus, et aeternaliter regnare cum Christo. Actum est hoc anno dominicae incarnat. M. C. VII. Indiæ. I. regnante Henrico V. huius nominis Rege sub Venerabili Osnaburgensis Ecclesiae *Johanne* Episcopo. Hujus rei testes sunt, qui et praesentes fuerunt *Gisilbertus* dictus frater ipsius Comitis et Cappellanus eius *Eligius* et presbyter *Gerwicus*, *Gisilbertus* Nobilis vir, et servientes ipsius Comitis &c.

 XLVIII.

De translatione Reliquiarum SS. Crispini et Crispiniani et memoria Ioannis Episcopi de III. ex eod. p. I. f. 30.

In nomine sanctae et individuae Trinitatis. Notum sit omnibus tam praesentibus quam et futuris Christi fidelibus. Quod cum peccatis exigentibus Osnaburgensis Ecclesia anno dominicae incarnat. MC. penitus esset combusta, et maxima cura esset Episcopo *Widoni*, qui ibidem tunc praefuit, de Martyribus *Crispino* et *Crispiniano*, quos illuc Magnus Imperator *Carolus* cum Episcopatum conderet adduxerat, cum diu quaesiti minime reperirentur, ab omnibus enim ibidem comorantibus indubitanter ibi esse sciebantur, sed ubi tam pretiosus thesaurus absconditus penitus ignorabatur. Tandem

dem sub principali altari, quod ex parte igne corruptum ceciderat, invento brevi muro cum fornice firmissima, reperta sunt cum aliis multis reliquiis Corpora Sanctorum. Sed idem Episcopus propter vastitatem loci ibidem eos fervare formidans, in hoc nostrum Iburgenſe caſtrum propter ſervitium Dei, quod hic tunc a militantibus Deo ſtrenue fiebat transferendos putavit, et in altari S. Clementis, quod retro concavum diligenter includens omni ſtudio Abbati et fratribus caſtodiendos reliquit. Quo cum per ſex aut eo amplius annos, donec in Oſenbrugge reformaretur Eccleſia, uſi eſſent hospicio, *Ioannes* Episcopus, qui Widoni ſucceſſerat, eos Olnabrugum reduxit. Sed in ipſo die reductionis eorum, cum obnixè ab Abbate aliquid de illorum peteretur reliquiis, coſta una et alio officulo relicto, Episcopus idem libram vnam decimationis in villa quae vocatur *Zwivelten*, ob reverentiam Martyrum et honorem B. Clementis et memoriam animae ſuae Monasterio noſtro contradidit, quam hoc pacto diſpenſandam conſtituit, ut videlicet libræ eiusdem pars quarta in anniverſario ſuo quotannis Fratribus diſtribueretur et egenis. Item quini ſolidi in anniverſario Domini Bennonis, qui illum primitus provexerat, partirentur. Item quini in anniverſario Episcopi Widonis haberentur. reliqui autem quini ad vinum quotidiani ſacrificii comparandum fideliter inſumerentur. Et ſic conſecrata oſnabruggeſi Eccleſia, ſanctis reliquiis in principali altari debito honore reconditis, in urbem reverſus Episcopus, S. Clementi Vorwerkum in Line, quod a Rothwardo Nobili viro per precariam acquiſerat, per manum Norberti Abbatis pro ſepultura ſua, cum vita deſunctus foret donavit. Verum poſt eius mortem, cum in urbe ei ſepulcrum parari debuiffet, metuentes urbis cuſtodes, vt multitudo populi ad ſepeliendum Episcopum confluens, aliquas loco per infidelitatem et fraudem moliretur inſidias, conſilio inito Oſenbrugum cum licen-

tia Abbatis sepeliendum sui Episcopi transtulere cadaver, qui tamen sempiternam nominis sui memoriam supra dictis et aliis plurimis caritatis officiis urbi cum benedictione reliquit Actum hoc dominicæ Incarnat. anno M. C. X. Indiæ. III.

XLIX.

De Marka in Osethe. de IIIIS.

ex eod. P. I. f. 221.

In nomine sanctæ et individuæ Trinitatis. Notum sit omnibus tam præsentibus quam futuris Christi fidelibus, quod consentientibus primum Domino *Godeschalco* Episcopo deinde *Henrico*, una cum matre sua *Juditha* nec non *Widekindo* juniore cum sua matre *Themud* Marchiote *Osethe* commanentes, Fratribus in Coenobio S. Clementis super Castrum constitutis jus et immunitatem ac licentiam in sua Marca, quia id obnixè flagitaverant uno consensu parique voluntate omnes consenserunt, ut ligna ad omnem suam utilitatem incendant, cum magna tamen cautela, ne scilicet indiferece agendo marcam extirpent, sed et quando fructus in arboribus nascuntur, porcos suos immittant, hoc est, si glandium est abundantia XXX porcos cum eorum *Zntucht* et unum verrem sex hebdomadas, quibus expletis porcos XXX recipiant, et si aliquid residui fuerit, *Zntucht* remaneat, si vero alterius generis copia tunc XL porcos et eorum *Zntucht* novem hebdom. immittendi licentiam habeant. his transactis XL porci abigantur, et *Zntucht* remaneat. Econtra Abbas cum suis Fratribus magna cum gratiarum actione mercedem æternæ vitæ eis imprecantes devotissimas orationes tali conditione eis promiserunt, ut cum quilibet eorum obierit suo missu Fratribus hoc notum faciant, ut illi omnibus signis pulsatis vigiliis et missam

missam omnes communiter pro requie celebrent, et usque ad XXX dies memoria agatur. Placuit autem eisdem Marchiotis ut duæ chartulæ fiant, quæ in omnibus sibi similes et æquales existant, testibusque appositis ac sigillatis unam ipsi apud se in sua Ecclesia aliam vero Fratres apud se caute retineant. Testes et principes horum marchionum, qui sua collaudatione hæc confirmarunt sunt hi. Ex parte Episcopi, Heico villicus de Osnabrugge cum suo discipulo Wernhardo. Ex parte Comitis Eizellem et suus discipulus Luwizo. Ex parte Widekindi Viderico et Luidolf. Ex parte Clericorum Rothart, eius discipulus Theitmar et Holter, Eva, Adalmar, Weicell. Saraco. Actum est hoc in loco Placiti illorum qui dicitur Trop. Anno dominicæ incarnat. M. C. XVIII jam per Dei gratiam ordinato Abbate F. Hugone, secunda die ordinationis eius, quæ facta est VI. Sabbato in festo S. Nicolai.

Sciendum tamen est, quod huius institutionis Frater Eizo Cellerarius Fratrum author primus et instantissimus exitit operator, adjuvantibus et collaborantibus sibi F. Assone Ecclesie nostrae Custode, cum Fredeberto et Conrado servientibus S. Clementis

L.

Donatio domus Lobhoff. de 1120.

ex cod. P. I. f. 237.

In nomine sanctæ et individuae Trinitatis. Notum sit omnibus tam praesentibus quam futuris Christi fidelibus. Qualiter Eilhardus S. Osnaburgensis Ecclesiae fidelis, gravi infirmitate comprehensus ac omnimode de vitae suae incolumitate desperans, bonae memoriae Domini Thietardum Episcopum interpellare studiosissime coepit, ut tam pro sua quam et suorum animabus, Henrici videlicet filii sui, cuius corpusculum etiam hic requiescit,

quiescit, uxorisque *Osbarn*, insuper quoque patris sui Wernheri ac matris suæ Helenæ fratrisque Wolfarni liceret sibi partem beneficii sui reddere, domum scilicet *Loheff* dictam, tali conditione interposita, ut nulli omnino nisi S. Clementi et Fratribus Deo ibidem servientibus concederet. Dominus vero episcopus hoc audiens et fidelitatis ac servitii ejus pie recordatus, fidelium suorum consilio acquiescens, benignissime voluntati ejus annuit, et eandem domum cum omnibus utilitatibus ad eam pertinentibus sub ea conditione, quam ipse postulaverat, S. Clementi et ejus Abbati Hugoni firmiter ab illo die possidendam contradidit. Adveniente autem festivitate dedicationis Ecclesiæ idem Venerabilis Episcopus missam pro tanta festivitate ibidem devote celebrans, post perlectum Evangelium, finitoque sermone, rogatu Abbatis omnibus astantibus viris ac mulieribus tam piam ejus voluntatem publice pronuntiavit, trinoque banno autoritate omnipotentis Dei et S. Petri ac suo eidem domui pacem fecit, denuncians aeterno anathemate feriendum, quicumque hanc pactionem vel infringere vel aliquam violentiam præfato prædio inferre temptaverit. Actum est hoc dominicæ incarnationis Anno M. C. XX. Indict. XIII. die Exaltationis S. Crucis in Cominata Abbatis. Ordinationis vero Domini Thietardi anno primo. Hi sunt testes. Abbas cum Fratribus suis. Meinhardus *liber. De Miseriabus* vero hi. Harbrecht, Geriman, Thiedric, Wolfarn. Hojo, Abbico, Sigebodo, Lambrecht, Othelric, Reinhere, Arnolt, Heinric. *Hæc sunt mancipia*: Bernhard Villicus, Lutgart uxor ejus, filii ejus Thiederic, Herman, Bernhard, Willico, Razo, Linia, Thancfurth, Eilburg.

Constituit vero Idem Eilhardus consentiente Abbate una cum fratribus, ut pro animabus supra memoratis insuper quoque pro ipsius anima hæc in elemosynam omni anno dentur, id est, unus porcus sex denariis valens, et III. modii filiginis et tres amphoræ cerevisiæ.

LI.

*Traditio agrorum Threle et Bist facta Thetardo
Episcopo Osnabrugg. de 1124. (ex aut.)*

In nomine sanctae et individuae Trinitatis. Noverint omnes tam futuri quam praesentes iustitiae et legum observatores, quia ego *Brother* de Bist cum uxore mea quae vocatur *Bave* agros X. in Threle, X. in Bist impari quidem magnitudine Sancto Petro in Osnabrugga dedi, ea scilicet condicione, ut vita nostra comite in eiusdem Petri nativitate quoque anno in ipsius altari denariatam cerae offeremus. Post mortem vero utriusque nostri hereditaria noster, non unam sed VI. singulis annis in praedicto die et loco offerat vel agros praenotatos libere concedat ecclesiae. Quod legitime factum ne a successoribus nostris possit irritari Sygillo episcopi Thiethardi anno ipsius VI. signari hoc privilegium impetravi. Testes quoque qui dum haec agerentur praesentes erant hic subter notati sunt. Wernherus Decanus, Meinwardus Praepositus sancti Johannis, Guntherus Decanus, Adericus custos, Lambertus, Thiedericus, Herebertus. Laici vero Sicco, Gerunardus, Wulfarnus, Wubertus, Manegoldus. Data ab incarn. domin. domini. M. C. XXIII. Indictione II.

LII.

*Confirmatio Philippi Episcopi de 1142.
e Chron. Sandhofii ms. p. 5.*

In nomine sanctae et individuae Trinitatis. *Philippus* divina favente Clementia Osnabrugensis Ecclesiae Episcopus, notum esse volumus tam praesentibus quam futuris, quod antecessor noster pie memoriae *Vdo* Episcopus
Eccle.

Ecclesiam in Monte beatæ Gertrudis a fratre nostro He-
celone Majoris Ecclesiæ Canonico, cuius erat beneficium,
ipso consentiente absolvit atque libertavit, atque prædi-
ctum locum, prout Spiritus Sanctus ei inspiraverat, Dei
servitio mancipiare destinavit, atriumque Ecclesiæ ad se-
peliendos fideles ibidem primus disponens devotissime
consecravit. Quo tempore religiosa actimens Dominum
Vidua *Himece* divino, qui est auctor bonorum operum
et spiritualium studiorum afflata spiritu, domum, quæ
eius fuit beneficium in Limbergan sita, venerabili Epi-
scopo ob salutem animæ suæ remittens reddidit et ut ei-
dem Ecclesiæ in usus inibi Christo famulancium mancipare
atque delegare dignaretur, supplicavit, quod ipse
libere ac sine ulla alicujus contradictione astante fidelium
cetu affectuosissime consummavit, bannoque debitam in-
dicens pacem confirmavit, postquam vero viam universæ
carnis ingressus est; Nos ipsi, ut Deo placuit, succeden-
tes ab effectu eius non discordavimus, sed potius, quid-
quid ipse disposuerat, quantum in nobis erat, Dei adju-
torio confirmavimus. Statuimus itaque secundum quo-
rundam fratrum petitionem *Sifridi* videlicet et *Adalberti*,
quibus curam eiusdem loci commisimus, Regulam *Beati
Benedicti*, prout possibilitas suppeteret, ibidem observari
et sexum debiliorem, ne libera daretur evagandi facultas,
ad serviendum Deo viventi, includi et observari, præ-
terea statuimus prædictum locum tam perfectæ et inte-
græ libertati mancipare, quod nemo præsentium sive
futurorum servos Dei ibidem degentes aliquo gravamine
sive vexatione præsumat infestare. Addentes quidquid ser-
vitiis Episcopalis Antecessores nostri requirebant, penitus
condonare; Quin etiam cunctis liqueat præfata domus
decimationem redactam esse ejusdem Ecclesiæ perpetuam
possessionem a quondam *Siccon* ministeriali nostro, cu-
jus erat beneficium absolutam et expeditam equo cuius-
dam domus in *Hanburen* decimationis Ecclesiæ pertinen-
tis

tis concambio et commutatione per piam fratrum *Sifridi* et *Adalberti* executionem, quod ut in convulsam ab omnibus observetur, et banno confirmavimus et sigilli nostri impressione et litterarum subscriptione certificamus. Acta Osnabrugge in maiori Ecclesia, Anno Dominicæ Incarnationis MCXLII. Iudictione quinta. Decima quinta Kal. Maji sub his testibus, quorum nomina hæc sunt: Adericus Majoris Ecclesiæ Præpositus, Albericus Decanus, Brunigus Magister, Sigebodo Custos, Thiedericus, Walo, Sigebodo, Thiemo, Thithardus, Thomas, Thiedericus ad S. Ioannem Præpositus, Albericus Decanus, Rodbertus magnus, Odbertus, Bertoldus, Gerhardus, Amolungus Advocatus, Heinricus Camerarius. Richenzo, Wulvarnus, Everhardus, Bezelinus Thiedericus.

LIII.

Privilegium secundum Phil. Ep. de 1146.
ex eod. p. 6.

In nomine sanctæ et individuae Trinitatis. *Philippus* Dei gratia electus Osnabruggensis Ecclesiæ Episcopus. Justum est et Episcopali omnimodis competit sollicitudini susceptarum Ecclesiarum necessariae provisioni diligenter invigilare. Notum esse volumus cunctis fidelibus tam futuris quam præsentibus, qualiter illustris vir scilicet *Everhardus de Hulevelde* et uxor eius *Heilwichis* supernæ renumerationis intuitu patrimonium sui aliquanta portione divinæ servitutis cultum amplificando promoveri cupientes pro animarum suarum remedio unanimi heredum suorum devotione obtulerunt Sanctæ Gertrudis mansum unum in *Lancencampe* cum omnibus ad ipsum pertinentibus fideliter expetentes hunc per nostram sollicitudinem ad prædictæ profectum Ecclesiæ muniri et stabiliter usque quaque corroborari. Nos igitur eorum devotioni cordatenus congratulantes iuxta petitionem ipsorum

rum hanc sine cuiusquam contradictione prædicatæ Ecclesiæ in perpetua proprietate Episcopali banno confirmavimus, quia vero sollicitudinis debito compellimur. necessariæ sustentationis amminiculum Deo ibi servituti providere, consilio idcirco communicato cum Majoribus nostræ Ecclesiæ cunctis, qui aderant, tam clericis quam laicis unanimiter consentientibus in augmentum præbendæ fidelium contulimus decimam prædicti mansus et agrorum in eum pertinentium, nec non in *Harst* duorum mansuum eidem Ecclesiæ, adjecimus itaque decimas de tuguris quæ sunt in *Hipenbüren*, in *Holenberg*, in *Varula*, in *Kesevorde*. addidimus præterea decimas, quas *Manegoldus Monetarius*, qui eas beneficiario jure possederat pro recompensatione pecuniæ nobis resignavit, unius videlicet domus in *Varenholte*, unitis mansus in *Hafecampe*, duorum in *Holtbusen*. Contulimus etiam præfatae Ecclesiæ domum unam in *Eyindshusen* cum omnibus ad eam pertinentibus, scilicet ædificiis, terris cultis et incultis, silvis, pratis, pascuis, aquis aquarumve decursibus molendino et molendine loco exitibus et redditibus, quam videlicet domum adolescentula quaedam *Reimodis* nomine, quæ eam beneficiario jure possederat, ad hoc ut prædictæ Ecclesiæ conferret, *Walthero* fratre ipsius consentiente nobis resignavit, quatenus utilitas exinde proveniens usibus fidelium Deo ibidem servientium suffragetur. Hæc autem supernæ remunerationis intuitu seipsam mutato seculari habitu ad serviendum Deo ibidem devotissime obtulit, seseque facta professione regulari vinculo subiunxit. Reddidit insuper nobis *Heinricus Camerarius* noster de beneficio suo ad dilectionem filiae suæ scilicet *Margarethæ*, quæ se in eandem fidelium conversationem sincera devotione transtulit, decimas duorum mansuum, unius in *Schlade*, alterius in *Hupencapendorpe*, quas iuxta petitionem ipsius usibus inibi degentium addendo confirmavimus.

ex

ex omnipotentis auctoritate, hanc præceptionem, ut nemini liceat post factam ibi regulariter professionem absque licentia Prælati et totius Conventus consilio, vel claustro discedere vel alium habitum assumere, et si quando is, qui loco pestis vel mortis necessitate interveniente vita discesserit, vel cuiuslibet occasionis articulo appellationis officio canonicè amotus fuerit, liberam habeat conventus idoneam personam eligendi facultatem, si vero in quem Ecclesiæ confors societas unanimum fecerit electionem, a me vel successore meo in regimè amministrazione promoteatur, si vero quod absit Ecclesia inter se in electione discordaverit, Episcopali auctoritate adversæ partis præsumptio coercetur, et quem sanior pars elegerit, in eodem officio confirmetur. Adjecimus insuper benevolam huiusmodi pactionis sponzionem, ut quicumque de militia Osnaburgensis Curix sive liber sive ministerialis existens quodlibet beneficium a me vel successore meo susceptum spontanea devotione ad hoc ipsum resignare voluerit, id statim sine cuiusdam contradictione et omnimoda recompensationis postulatione sive aliqua pactione prædictæ Ecclesiæ in perpetuam proprietatem Episcopali donatione conferat. Quod si quis in posterum sive Ecclesiastica sive Secularis persona his nostræ auctoritatis sanctionibus contraire easque ullo modo ingenio seu violentia infringere vel mutare voluerit, nisi a reatu suo digna satisfactione respiscat, ream se divino iudicio esse cognoscat, et a Sanctæ Ecclesiæ communiione gladio excommunicationis segregata æternæ ultioni subiaceat. Cunctis vero ejusdem loci honorem et profectum fideliter amplectentibus eumque pro posse suo et nosse in omni ordine et religione ac necessaria melioratione decenter promoveri cupientibus sit pax et benedictio Domini nostri *Jesu Christi*, quatenus et hic bonæ actionis fructibus habundare et in futuro feliciter mereant cum Christo regnare. ut autem hæ nostræ traditiones et institutiones

stabiles et inconvulsæ in omnia retro secula perseverent, præsentem paginam in testimonium posteris nostris conscribi fecimus, quam banni nostri auctoritate et sigilli nostri impressione testiumque subscriptione in perpetuam communitam esse volumus. Acta Olnabrugge Anno Dominicæ Incarnationis Millesimo centesimo quadragesimo sexto. Indictione nona, decimo octavo Kal. Maji. sub his testibus quorum nomina hæc sunt. Adericus Præpositus, Albericus Decanus, Hecelo, Thiedericus, Walo, Sigebodo, Thiemo, Hartmannus, Thiethardus, Gerbertus, Thomas, Giselbertus. *Ex laicis* vero Amolungus Advocatus, Rikenso, Wichmannus, Suetherus, Everhardus, Henricus Camerarius, Luidbertus, Sicco, Thiedericus, Joannes, Ganegoldus Waltherus, Volcmarus et frater ejus Iserus, Amilius, Piligrimus, Sichardus, Wecelo, Hogo, Hartwigus, Wernherus, Waldericus.

LIV.

*Compositio inter Canonicos Ecclesie Cathedralis et
S. Iohannis ratione terminorum Parochie. de 1147.*

Philippus divinæ largitatis munere Osnaburgensis Ecclesie Episcopus. Univerſalis Ecclesie patribus et filiis præsentibus et futuris videre finem omnis consummationis. Fuit quondam et usque ad tempora nostra perduravit inter Canonicos Beati Petri et Sancti Iohannis pro terminis Parochie quædam gravis pestis discordiæ, quæ pro antiquitate temporis et negligentia curæ medicinalis etiam refugere videbatur quodlibet genus medicaminis. Sic enim invaluerat, ut bonum fraternitatis utrobique destrueretur et religioni divinæ valde derogaret, et iustitiæ rigorem pro periculoso fine vix vel nunquam admitteret. Hanc fraternæ dissensionis faciem ratio refugit, discretio devovit, pietas abhorruit. Quid ergo ur-
gen-

gentibus procellis tantæ tempestatis desperabamus per nos posse consequi gaudium tranquillitatis. Quapropter consultus est angelus magni consilii, cuius aspiratione adjuti elaborato assensu utriusque partis terminos confusæ Parochiæ secundum gratiam illuminantem distinximus, et minori Ecclesiæ debitum majori Ecclesiæ exhibendum amplificavimus. Hoc scilicet, ut in prima et secunda Vespera dedicationis Ecclesiæ nostræ et festivitatis Sanctorum Crispini et Cripiniani et in Vigilia Apostolorum Petri et Pauli ad Vesperas, et in Sancto die purificationis Beatæ Mariæ minor majori tanquam filia matri ad concelebrationem divinæ laudis præsentetur, et sic omni litis fomite esopito, mater filiali exhibitione mitigetur et communis culpa dissensionis communi studio caritatis et devotionis expietur. *Hetlage, Volkestorpe, Mulenseten, Dodesstorpe, Heckege, Noan Evengdorpe, Brocke, Haren, Blankendorpe, Wisenbeke, Rothorst, Malebergen, Holtbusen, Wulfeten, Wadinghusen, Brocseten, Staveren, Bomede.* Has villas prænominatas extra civitatem minori Ecclesiæ in Parochiam destinavimus. In civitate usque ad domum Hildradi et oppositam domum Arnoldi terminos Parochiæ extendi concessimus, hoc determinato quod Ministeriales et liberos eorumque filios et filias in prædiis suis degentes sive in aliis quibuslibet mansionibus agriculturam exercentes de prædictis villis majori Ecclesiæ assignavimus. Reliquos de iisdem villis liberos sive advenas sive indigenas non habentes mansiones certas minori Ecclesiæ addiximus. Eos vero liberos, qui prædictum civitatis terminum inhabitant, universaliter sine determinationis signo etiam majori Ecclesiæ cum suis ministerialibus permissimus. Noverit ergo præsens ætas et discat secutura posteritas periculosa litis caritativam terminationem, quam ne tollat oblivio litteris et sigillo nostro signavimus. Et ne quis irritare præsumat gladio spiritus prohibuimus. Factum est autem

Anno dominicæ incarnationis MCXLVII. Indictione IX. concordi voluntate et desiderio utriusque congregationis. *Alfrimmus* majoris Ecclesiæ Præpositus. Thidericus eiusdem vice Decanus. Hetelo. Walo. Segebodo. Temo. Hartmannus Tiethardus. Gerbertus. Thomas. Hoyer cum suis confratribus. Thidericus minoris Ecclesiæ Præpositus. Alfericus eiusdem Ecclesiæ Decanus cum suis confratribus institutionem præfatam præsentialiter et ce- lebriter approbaverunt et modis omnibus firmatam suis posteris observandam tradiderunt. Ipse autem cuius mi- sericordia factum est sit benedictus in secula.

LV.

*De terminis parochiarum in Lengerike et Lackberge
de 1149. (ex aut.)*

In nomine sanctæ et individuae Trinitatis. Quoniam propter varias hominum disceptationes in ecclesia Dei pergraves sepe nascuntur vexationes ego *Philippus* Dei gratia *Osenbrugensis* Episcopus operæ precium duxi actionem quandam in nostræ parvitatæ et totius ecclesiæ nostræ presentia taxatam per scripturæ testimonium ad futurorum quoque pervenire notitiam fidelium. Noverit igitur omnium aetas tam presentium quam et futuro- rum, quod quidam majoris monasteriensis ecclesiæ Ca- nonicus *Ernost* nomine, ecclesia et curia quadam in *Lak- berge* sita inbeneficiatus, et presbyter *Heinricus de Len- gerike* super termino præfatarum ecclesiarum me et clero nostro presente graviter contendere coeperunt. Qua con- tentione cum diutius et sepius gravemur, ego *Philippus* precipue pro amore Dei et petitione Domini *Werneri Monasteriensis* Episcopo et communicato tam nostræ quam suæ priorum Ecclesiæ consilio terminos quosdam *Koden- borst*, *Holte* ad eandem ecclesiam *Lakberge* pertinere con- cessimus,

cessimus, et omne debitum quod debebant ecclesiae *Len-gerike* consentiente eiusdem ecclesiae presbytero *Heinriko* præter Synodalem iusticiam absolvimus. Addimus etiam et auctoritate nostra firmamus, ut quemcunque sacerdotem dominus curiae idoneum parochianis assentientibus elegerit, ad accipiendam curam altaris Episcopo libere producat. Ut autem hec in posterum firma permaneant, Sigilli nostri impressione firmavimus, et quicquid eadem ecclesia modo iuste possidet vel in posterum acquisierit banno episcopali tuemur et eidem ecclesiae stabilimus. Acta sunt hæc in *Osenbrugge*, anno domin. inc. MCXLVIII. indictione XII. præsidente Romanæ ecclesiae Domino Eugenio II. Regnante gloriosissimo Romanorum Rege *Cunrado* II. Hujus rei testes sunt hi. *Elvericus* majoris ecclesiae Præpositus, *Tiemmo* Decanus. *Segebodo* Custos. *Walo* decanus. *Monasteriensis* ecclesiae Canonici. *Heinricus* majoris ecclesiae Præpositus. *Engelbertus* Præpositus. *Hartwigus* diaconus. *Anselmus* Presbiter. *Geldmarus* de *Herebeden*. *Athelbertus* de *Wikmare*. *Hartmannus*. *Hartgerus*. *Arnoldus*. *Immo*. *Alfard*. *Everwin*. *Liueko* *Helmer*. *Johan*. *Ordolf*. *Lieuerad*. *Werenbraht* *Hogo*. *Folkhard*. *Eilbraht*. *Wezel* *Lanzo*. *Lieueko*.

LVI.

Heinricus Comes in Tekeneb. donat Philippo Episc.
et Ecclesie Osnabr. curiam in Wersen et plura alia
de 1150. (ex aut.)

In nomine S. et individuae Trinitatis. Philippus Dei gratia Osnabruggenfis ecclesiae Episcopus, Notum esse volumus universis Ecclesiae fidelibus presentibus scilicet et futuris, qualiter *Heinricus Comes* de *Tekeneburc* et fratres sui coheredes eius *Otto*. *Tbideric*, et *Gerhardus* assensu matris eorum *Athelheidis* et conlaudatione mun-

diburdi eius, Liefhardi de Depenhem quandam patrimonii sui partem ecclesie stabili et libera donatione contulerunt, Curtem videlicet quandam *Wersen* cum Capella et omnibus eidem curti pertinentibus mansis et mancipiis et cunctis utilitatibus. Clementiam cum liberis et suis mancipiis, curiis et mansis *Varenthorpe, Westerla, Aldenlinge, Mundighuren, Hasberge, Hasbe, Brotterbike*, cuius pars quedam est patrimonium, pars autem beneficium cum XVI. mansis ad praedictas curias pertinentibus. Thietardum cum uxore sua et liberis ac mancipiis ac domibus suis *Wesfoga, Litbike, Sitinchusen, Scolen* cum XII. mansis, *Haldum* cum mancipiis et domibus, *Kelvere, Havichurst, Luidolf, Nathorpe* cum IIII mansis. *Frumoldum* et matrem suam et sorores cum domibus et mancipiis, *Gelenbike, Halfwart* cum V. mansis, *Thidericum* cum uxore et mancipiis et domum ejus *Langenbeke*, contulerunt inquam cum universis praedictarum curiarum sive mansorum utensilibus, agris cultis atque incultis, silvis, piscinis, pratis, molendinis et piscinis. Pro huiusmodi autem spontanea et libera tradicionem praedicto Comiti H. et fratribus suis ducentae et XXXta marcas concessimus, et XX libras decimationis adauximus. Beneficium quoque *Otonis de Rineke* Palatini Comitis - - - ipsis prestimus. hac utique interposita pactione, ut quisquis eorundem fratrum altero moriente superstes remaneret, ipse beneficium defuncti fratris optineret, et liberi eius ipsi succedentes, filius aut filia, praefata pactione patris beneficium possideret. Placuit quoque de duobus fratribus Thiderico et Gerharo ad Clericatum destinatis, quod si in clero non remanerent, sed milicie sacramentis forte sese implicarent, relicto clericali beneficio, ipsi quoque fratribus suis succedentes praefatum beneficium optinerent. Hanc autem liberam donationem quam prediximus in placito Amelungi advocati nostri *jure et lege Westfalensi* cum ipso advocato suscepimus et multos

multos tam ex Clero quam ex populo presentes nobiles ac liberos iudices et Scabiones ministeriales ac cives adhibuimus, quorum presentia et testimonio prefatam pactionem iure legali confirmare curavimus, et ut haec legaliter confirmata ab omnibus successoribus nostris inconconvulsa observentur litterarum epigrammate et nostri impressione sigilli sub banno corroboravimus. Acta Osn. Anno incarnationis domin. Millesimo, centesimo, quinquagesimo, indictione XIII. Nomina autem Testium presentium subscribi precepimus, Albericus Praepositus, Tymmo Decanus, Sigebodo custos, Hezelo. Walo. Sigebodo longus. Johannes. Hienricus. Luippo et Thomas, Hoyko, Witbrandus *Canonici*. *Nobiles ac liberi* Amelung Advocatus. Henricus Comes de Rietbike. Lefhardus de Depenhem, Everwinus Advocatus de Vrekenhorst, ea die prolocutor. Rotholfus de Thuite. Alveric de Maltbergen. Arnoldus de Tekeneburc. Eilbrat de Barlage. *Scabiones* Abbiko, Tydeko. Conrad. Rutbrat. Werenmar Ministeriales. Wolfarn. Vigman. Suether. Manegolt. Rufus. Hereman de Lothere. Henricus Camerarius. Gerlag de Hersben. Wernolf de Rusvorde. Joseph Ezelim. Hartman. Ambrosius. Volcmar. Thidericus de Vlenberge. Vdo de Groveren. Alfgrim Hugo. Everhart de Hegerinchusen. Lantbrat de Nimeseden. Walderic. Iohan. Her. *Ministeriales de Tekeneburc*. Liefhart de Fletten. Milo de Heringen. Sifrit de Garthusen, Rotbrat. Henric. Athelbero. Conrad de Essene. Athelbrat. Helhart. Hildelin. Wezel Rufus. Burchart. E--mar. Israhel sedente Domino Eugenio Apostolico Conrado rege. Data Osnabr. Kal. Decembr. in nomine Domini feliciter. Amen.

(L. S.) PHILIPPVS Dei Gratia Osenbruggensis Episcopus.

LVII.

*Privilegium Philippi Episcopi quo Parochianis in
Cappelen concedit auctoritatem ut per se eligere et prae-
ficere possint personam idoneam quae eorum praeset*

Ecclesiae de 1150.

Philippus Sanctæ Osnaburgensis Ecclesiae Episcopus,
Sanctæ Dei Ecclesiae fidelibus salutem in Christo.
Notum esse volumus tam futuris quam praesentibus; quod
Parochiani de Cappelen ad nos ut ad pastorem, suum ve-
nientes periculum animarum suarum, quod propter fre-
quentem officii divini defectum tenebant, multis dolori-
bus exposuerunt. Nos igitur eorum saluti consulentes,
ipsis cum ecclesia sua a matre Ecclesia *Emstike* dispensa-
toriae libertatis permisimus, ut presbiterum sibi quem
vellent tam idoneum eligerent, cum ante uno et eodem
cum dicta Ecclesia matre fungerentur sacerdote. Ea-
propter ut hæc dispositio salutaris et bona, rata et incon-
vulsa permaneat privilegium conscribi iussimus, quod si-
gillo nostro consignatum idoneis subscriptis testibus cor-
roboravimus. Hii sunt testes. Albericus majoris Ec-
clesiae Praepositus, Timmo Decanus, Sigebodo Custos,
Hinricus Magister, Gerhardus minoris Ecclesiae Praepo-
situs, Rotbertus, Conradus, Eybertus, Sandaradus. Hæc
facta sunt M. C. quinquagesimo nono anno dominicae
Incarnationis. Indict, VII.

LVIII.

De decimis Curiarum in Burelo et Plochus. de 1160.

(ex aut.)

Philippus Osnaburgensium vocatus Episcopus univrsis
Christi fidelibus tam praesentibus quam futuris bene-
dictio-

ditionem a Domino. Cum quaedam fratrum Curia *Burclo* sita secundum antiquam institutionem pro decima sua quatuor solidos denariorum sexaginta annis et amplius perfolvisset, et proximitas temporis attulisset firmum titulum possessionis, quidam *Menwordus* in Sinodum nostram veniens Jure beneficii praedictae Curiae decimam in manipulis exegit. Sed ille tandem justitiae regulis artatus in plena Sinodo professus est, quod pro decima ejusdem Curiae et cuiusdam domus, quae de agris Curiae collecta est, quae Teutonice *Plochus* appellatur, non nisi quatuor solidos denariorum in festo Beatorum Crispini et Crispiniani praesentandos de jure esset accepturus. Nos igitur eandem institutionem veris fidelium nostrorum attestacionibus approbatam, temporis etiam contractu roboratam, et coram nobis fideliter retractatam utriusque partis assensu sub testimonio magnae Sinodus confirmavimus. Et ne quis hanc in posterum turbare vel destruere praesumat, literis et sigillo nostro signavimus. Factum est autem Anno Dominicæ Incarnationis MCLX. Indictione octava. Testes qui interfuerunt hii sunt. De congregatione majori Albericus Praepositus, Timmo Decanus, Sigebodo Custos, Heinricus Magister Scholarum, Sigebodo Capellanus, Gifelherus, Johannes, Thethardus, Liuppo, Heremannus, Wilbrandus, Thidericus, Albericus. De congregatione minori: Gerhardus Praepositus, Robertus Magister Scholarum, Liudolfus, Constantinus, Adelhardus, Lentfridus, Thidericus. *Principes*. Comes Otto. Comes Heinricus et eorum *Ministeriales* Bertramus, Beringerus, Hereborde, *Nobiles*: Heremannus de Lippe, Willehelmus de Holte, Cono de Thetholte, Rotholfus de Thuthe. *Ministeriales Ecclesie*. Baldewin, Wicbrad, Lambrad, Volcmar, praeter hos *Liberi* de parrochiis ad Sinodum Congregati.

(L. S.)

LIX.

*De Decaniis praepositurae S. Ioh. e Duplicis in
causa von Berssenbrof contra von Hammerstein.*

n. 12.

Philippus Osnabrug. vocatus Episcopus universitati fidelium salutem, Pastoralis curae debitum est, Ecclesiasticas dignitates honoribus et utilitatibus sublimatas in suae consumationis integritate conservare minusque consumatas eadem sollicitudine juvare et earum proventibus invigilare: huius igitur debiti consideratione provocati, Praeposituram Ecclesiae Sancti Joannis Pietate praedecessorum nostrorum inchoatam Divinae remunerationis intuitu et ob memoriam nostri et amore fidelis nostri Gerhardi ibidem Praepositi paucis ampliamus, et Decaniam jure primae institutionis eidem Praepositurae pertinentem adjectione quarundam Ecclesiarum dilatavimus, Spenge Decaniam cum ipsa Ecclesia et omnibus appendiciis eius Praefatae Praepositurae attribuimus, Decaniam tantum de aliis Ecclesiis, scilicet Waldenbrugge, Riemselo, Nyenkerken, Wellingholthausen, Borgloe, Holte, Gesmelle, Bisendorp similiter eidem Praepositurae assignavimus, quatenus successor Praefati Gerhardi Praepositi in anniversario depositionis suae die fratribus suis singulis Annis pro remedio animae suae in sol. conferat et ne quis haec in posterum irritare praesumat, literis et sigillo nostrae auctoritatis confirmavimus. Testes qui huic facto aderant hi sunt. Thienno Majoris Ecclesiae Decanus, Sigebodo, Thethardus, Willebrandus, Otto Bremensium et Majoris Ecclesiae Canonicus, de Minori Ecclesia Gerhardus Praepositus, Rotbertus Decanus, Thedardus, Arnoldus, Arnoldus, Achelhardus Constantinus Lindolphus, Lentfrichus, Bertholdus ghreghurius, Lutbrandus, factum est Anno Dominicae incarnationis M. C. L. X. indictione octava.

LX.

LX.

Tertium Privilegium Phil. Ep. de 1160.

e Chron. Sandhofii ms. p. 9.

In nomine sanctae et individuae Trinitatis. Philippus Dei gratia Osnabruggenſis Eccleſiae Episcopuſ Chriſti fidelibus in perpetuum. Iuſtum eſt et Episcoporum congruit providentiae Eccleſias et Eccleſiarum jura tueri et corroborari Episcopali auctoritate; unde et opportunum ego arbitratus bona Eccleſiae montis beatae Gertrudis breviter annotare, et quanam ſunt et ubi ſita, vel a quibus ſunt ipſi Eccleſiae collata litterarum ſerie in unum colligere et ad futurorum memoriam deſtinare, Eccleſia enim haec vacans erat et paupercula, et rarius divinis cultibus inſignita, donec antecellor meus bonae recordationis Vdo Episcopuſ divina inſpiratus gratia propoſuit ſancto corde in ea homines aliquos regulares ſtatuere, et ſic locum ad Dei ſervitium promovere, unde Cemiterium Eccleſiae primus conſecravit fidelium ſepulcrum: Quo in brevi tempore aſſumpto jam ex corpore, et me ipſi, ut Deo placuit, ſuccedente, liberam reddidi ego Eccleſiam et ab omni debito et jure, quod Eccleſiae ſolent perſolvere, expediri et penitus alienam feci. Ne cuiquam liceat ab ea aliquid juris vel Eccleſiaſtici vel mundialis exigere, nec fideles Chriſti ad eum confugientes et ibi Deo ſervientes infeſtare quis audeat vel provocare aliquo gravamine, ut ipſi libere ac quiete Deo vacare poſſint ac fervire, et quia in diebus mei Episcopatus illuſtrata divinis cultibus Eccleſia eſt, et donariis fidelium ad Dei ſervitium promota, a quibus haec ea ipſi Eccleſiae ſint assignata, non incongrue meis quoque litteris annotatum et futurorum memoriae eſt praſignatum: Apud *Pythe* decimae domorum duarum liberarum. Apud *Werbene* decimae domorum duarum, haec decimae fuerunt antiquitus Eccle-

clesiae beatae Gertrudis. Apud *Sineberg* decimae domus duum aratorum cum decimis, hanc dedit *Imelca* et facta est foror. Apud *Jornholte* decimae domus unius. apud *Holtbusen* decimae duarum domorum. apud *Hascampe* decimae domus unius, has decimas emit *Sigefridus* sacerdos ab *Manegoldo Monitorio*. apud *Schladeis* decimae domus unius. apud *Huppen Capendorpe* decimae domus unius, has dedit *Margaretha* filia *Heinrici* Camerarii et facta est foror. apud *Truph* decimae domus unius. apud *Hofstrowiden* decimae domus unius. apud *Burgeren* duodecim denarii decimarum, has dedit *Helewidis* filia *WaldERICI* de *Harst* et facta est foror. apud *Westerhusen* mansus allodii, hunc mansum dedit *Reimudis* et facta est foror. apud *lanzen Campe* mansus allodii cum decimis, hunc dedit *Everhardus* de *Hulevelde*. apud *Sachsenbure* decimae de molendino. apud *Zbbenbure* decimae de molendino; ibidem denarius de domo. apud *Swege* decimae domus unius. apud *Estelage* decimae de molendino. apud *Puslingenburen* decimae de molendino. apud *Schaphus* decimae domus unius. apud *Helmelo* decimae domus unius et duorum molendinorum. apud *Kynten* decimae domorum duarum. apud *Tunglo* decimae molendini. haec dedi ego *Philippus* Ecclesiae beatae Gertrudis. apud *Döringen* tres solidi et sex denarii pro decimis domus unius. apud *Simblem* quinque solidi et sex denarii pro decimis domus unius. apud *Sichtingen* tredecim solidi pro decimis quinque domorum. apud *Walshurst* decimae domus unius. apud *Hupdorp* decimae domorum duarum. apud *Crün gelage* duodecim denarii de agris; haec dedit *Isaac* et factus est frater. apud *Mersene* domus cum decimis. apud *Burgeren* decimae septem domorum. apud *Sitha* decimae domus unius, haec dedit *Meinwardus* et factus est frater. apud *Wythe* mansus allodii absque decimis. apud *Burgeren* decimae domus unius. apud *Bergeshovede* decimae domus unius, tres diurnales terrae in occidentali plaga Eccle-

Ecclesiae, haec Crispina filia Manegoldi Rufi, et facta est soror. apud Holschusen decimæ trium domorum. apud Middendorpe decimæ domus unius. has dedit Ambrosius Thidelæ filia suæ. apud Stappelselde allodium mansuum duorum. apud Bürgeren decimæ domus unius, hæc dederunt Adelheidis et Ludgardis filiae Cunradi et Lucie et factæ sunt sorores. apud Meppene decimæ ultra tredecim Solidos de Curti Abbis et domibus illis ejusdem littoris, has dederunt Warenbertus et frater Robertus. apud Thunen decimæ curtis unius. apud Echelenschusen domus propria absque decimis. apud Sage decimæ domus unius et domunculæ, has dedit Warenbertus. apud Bachenn decimæ domorum duarum. has dedit Arnoldus de Tschlenburg. apud Harsten decimæ domus unius, has dedit Alffgrim de Osnabrugge. apud Lichtingen littera denariorum duodecim, hanc dedit Heilhardus de Harst pro patre suo Waldrico. apud Hoinhorst decimæ curtis unius, has alternaverunt fratres cum domo Osnabrugge, quam dedit Altgerus et factus est frater. apud Dachenberge solidi duo pro decimis, has dedit Richezo de Schleddense. apud Leingercho decimæ domus unius. apud Muddenbüren duodecim denarii pro decimis, has dedit Joannes de Osnabrugge. Haec igitur quia legitime Ecclesiae sunt contradita, sub banno et anathemate stabilivi univërsa ipsi Ecclesiae cum litteris pariter et sigilli mei auctoritate, ut si quis temerarius inde aliquid defraudaverit, banni et anathematis reus sit, donec se ipso Ecclesiae satisfaciens reconciliaverit, diversis autem diebus et annis collata sunt hæc Ecclesiae huic. Privilegium vero hoc conscriptum est Indictione octava, ab Incarnatione Domini MCLX. Imperii quarto Friederici Regis Romanorum octavi pariter mei. Testes huius actionis et privilegii. Otto Comes de Raphenberch, Henricus de Raphenberch frater Ottonis Comitis, Godeschalvus et Ibbenbure et Adebertus filius
ejus,

cius, Ludolphus de Hofethe. Guillemus de Thieffholt. Canonici Ecclesiae Sancti Petri. Alvericus Praepositus, Thyemo Decanus. Sigebodo Custos, Sigebodo longus, Thyethardus Lupo, Gyselerus, Henricus Scholasticus, Hergerus, Guillibrandus, Gualo et Adam. *Ministeriales nostri.* Hugo, Everhardus, Manegoldus, Eolmarus, Theodricus, Hyserus, Sieco, Guibertus, Huno, Adolphus, Ambrosius, Huno, Eilhardus, Hudelricus, Baldevinus, Assuernus, Rygeho, Ludolphus, Adelbertus, Heremanus, Everoldus, Bernhardus.

LXI.

Privilegium quartum Phil. Ep. de 1160.

ex cod. p. II.

In nomine sanctae et individuae Trinitatis. Philippus Dei gratia Osnabrugensis Ecclesiae Episcopus. Providentia Episcopalis cura id a nobis exigit, ut quia lucrando fidelium animabus ejusdem officii debito invigilare compellimur etiam temporali fervorum et ancillarum Dei necessitati pariter et quieti congrua auctoritatis nostrae cura provideamus; supernae quippe pietatis respectus Ecclesiam nostram mei sacerdotii spiritualium utriusque sexus hominum coenobiis ampliare dignatus est. Quae ne infestationi filiorum saeculi impofterum graventur, Ecclesiastica defensione munienda sunt; nihil enim prodest initia rerum solidare, si praesumptio valuerit ordinata destruere, ideoque non minor in conservandis rebus, quam in acquirendis adhibenda cautela videtur. Inde est, quod Ecclesiam in monte Sanctae Gertrudis constitutam in loco inculto omni possibilitatis nostrae studio ordinare ac promovere decrevimus, et tam in praediis quam in defensione secularis oppressiois perpetua et stabili ereptione juvare Christi gratia opitulante studemus.

Inter

Inter coetera igitur beneficia statuimus, ut quidquid idem locus in possessionibus in praesentiarum iuste et Canonice possidet, aut in futurum concessione Pontificum, largitione Principum aut nobilium, seu oblatione fidelium seu aliis iustis modis adipisci potuerit, firma et stabili quiete obtineat. Ambitum praeterea curiae in quo ipsum Monasterium fundatum est, ab omni iure ac potestate advocati absolventes et ab omni ditione cuiuscunque saecularis personae liberum fore censentes sub providentia et potestate Praepositi omni tempore decrevimus pertinere. Reliquorum vero Ecclesiasticorum praediorum ille advocatus existat, quem Praepositus et de suis consilii maturioris duxerunt eligendum de libera voluntate et cui tuitionem eorum pro salute animae suae cumuloque iniunxerint retributionis aeternae. Constitutus autem non in beneficium, sed in ministerium et defensionem Ecclesiae, donec bene se gesserit, noverit se advocatum habendum, si vero insolens fuerit in monasterio in praediis, et hominibus suis inutilis et perniciosus extiterit, liceat Praeposito et suis alium sibi Advocatum eligere, qui de profectu loci majorem curam et velit et possit habere. Si quis autem mei ordinis successor aut alia quaelibet Ecclesiastica Saecularisve persona hanc nostrae constitutionis paginam, quam sigilli nostri Karaktere munivimus, filens contra eam venire temptaverit, et aliquid horum in irritum ducere non timuerit, et per hoc omnipotentis Dei iram se noverit incursum. Cunctis autem huic loco sua iura servantibus sit pax Domini nostri *Jesu Christi* Amen. Acta haec sunt Indictione octava Anno incarnationis Domini MCLX. Imperii Frederici Regis Romanorum octavi. Testes huius actionis et privilegii. Henricus Comes de Ravensberg. Otto Comes frater eius, Godeschalvus de *Oppenbühren*. Albertus filius, Ludolfus de *Osethe*. *Canonici Ecclesiae*. Alvericus Praepositus, Thymo Decanus, Sighebodo custos, Thiethardus, Henricus

ricus

ricus Scholasticus, Giselbertus Walo, Wilbrandus, Hertgerus, Adam Lupo, *ministeriales ecclesiae*, Hugo, Baldewinus, Ambrosius, Manegoldus, Everhardus, Yferus, Sicco, Rikenzo, Eilhardus, Huno Hermannus, Ludolfus, Everholdus, Afluerus, Wicbertus, Adolfus, Bernhardus, Folmarus, Odelricus Theodericus.

LXII.

*De Decima in Linger de 1163.**ex eod. p. 13.*

In nomine sanctae et individuae Trinitatis. Philippus Dei gratia Osnabrugensis Episcopus omnibus Christi fidelibus tam praesentibus quam futuris. Justum est me miserationum Domini recordari, laudem dicere super omnibus, quae ostendit mihi Dominus. Quae igitur humanae ignaviae comes est oblivio, opportunum existimavi quietem et subsidium Deo famulantium, temporibus meis corroborare, et posteritati fidelium praesentis scripti testimonio notificare. Novellam siquidem plantationem in monte sanctae Gertrudis consilio tam Cleri quam ministerialium nostrorum beneficiis ad honorem Dei et Ecclesiae nostrae pro posse nostro promovimus et inter reliqua decimas duarum domorum in Erpincfen quatuor solidos solventes Domino inibi militantibus contradidimus, Sicconis et Ministerialis nostri beneficium decimam scilicet in Anderverne marcam solventem et duas amphoras butyri, et jugerum unum in aquilonari parte montis ipsius et mancipium unum in facie Ecclesiae Deo ibi servientibus delegavimus, et quia casus praeteritorum cautos nos facit in futurum omnem adversantem et contradicentem atque piis studiis nostris quolibet modo insidiantem autoritate Domini nostri Jesu Christi et Beati Petri anathematis gladio percutimus atque perpetuae ultionis

tionis reum diabolica forte dampnamus. Huius rei Testes sunt. Elvericus Praepositus, Werno Abbas Iburgensis, Thiemo Decanus, Sigebodo, Gerbertus, Thiethardus, Gerhardus Praepositus Sancti Joannis, Gysilerus, Hertgerus. *Ministeriales* Hugo, Everhardus, Tiedericus de Lückenbecke, Folmarus et Thiedericus, Adolfus et Walbodo, Iser Otelricus, Frithericus, Hartbertus. Acta sunt haec Anno Dominicae Incarnationis MCLXIII. Indictione octava.

LXIII.

Dotatio Altaris de 1169.

(ex aut.)

Philippus Osnaburgensis vocatus Episcopus. Univerſis Christi fidelibus tam praesentibus quam futuris in Domino salutem. Noverit universitas fidelium, quod ego Philippus Osnaburgensis vocatus Episcopus devotione fratris Thiedhardi et amore Theosebiae provocatus altare unum in domo Beati - - - - constructum cooperante Spiritus Sancti gratia Consecraui, quosdam etiam redditus ad idem altare contuli, quos posteritati consulens subſignavi. Siquidem mansum unum in Parrochia *Anchem* in villa Bodershem situm, a Gerhardo de Erdbruggen ministeriali meo jure beneficiali mihi resignatum Ecclesiae *Anchem* contradidi, pro quo alium mansum eidem Ecclesiae pertinentem in Parrochia Alhufen in villa *Wallen* situm a fratre Thiedhardo mihi similiter resignatum praedicto altari donavi. De Curia *Flesbe* et quatuor eiusdem Curiae domunculis decimam superaddidi. Insuper dimidium mansum prope civitatem in villa *Holthufen* situm et de duabus domibus decimam praedictis adjeci. Quorum una *Haren* juxta fluvium *Emese* sita est, altera in Parrochia *Menele* in villa *Lare*. Insuper

Doc. Tom. II. f etiam

etiam cuiusdam devastatione areæ decimam supradicto altari assignavi, quam Wicbertus Ministerialis meus cum matre sua Thiedburge beneficiali more mihi voluntarie resignavit. Ex his autem conquisitis sive conquirendis quae in amministrationem luminis, quae in usum Sacerdotis, quae ipsis Canonicis provenire possint, ordinationi praedicti fratris reliqui. Placuit etiam ut eiusdem altaris providentiam Ecclesiae Decanus cum Decania ab ipso recipiat, et in propria persona vel per fratres majoris meriti et melioris studii pietatis institutionem fidei sollicitudine peragat. Huius autem actionis veritatem litteris et sigillo signavi, testibus subscriptis roboravi, et banno Episcopali confirmavi. Testes hi sunt. Arnoldus Praepositus, Thiedhardus Decanus, Sigebodo Custos, Gerhardus Scolasticus cum reliquis majoris Ecclesiae Canonicis. Gerhardus S. Johannis Ecclesiae Praepositus. Rotbertus ejusdem Ecclesiae Decanus cum reliquis suis confratribus et ministerialibus. Acta sunt haec Osnabr. Anno dominicae Incarnat. MCLXVIII. Indict. II.

PHILIPPVS *Dei Gratia Osnabrugensis Episcopus.*

LXIV.

*Fundatio Coenobii Osede. de 1170.
e Copiario Coenobii Oesedensis.*

In nomine sanctae et individuae Trinitatis. Philippus per misericordiam Dei Osnaburg. ecclesiae vocatus Episcopus universitati fidelium perpetuae salutis bonum. Officii nostri debitum et pia sollicitudinis studium esse consideramus, quod singula, quae per fidelium oblationes, nostra domino donante acquirit ecclesia, solerter promovere studeamus, et ut ea in sui status integritate et perpetua pace permaneant, quantum possumus provideamus. Inde est, quod charitati vestrae significamus, qualiter *Ludolphus* qui zelo ductus, cum assensu et verbo filiorum suorum. *Wid-
kinni*

kinni et Berinhardi fratrum, ad Sanctimonialium Congregationem ob sui et uxoris suæ, nec non *Berinhardi* Episcopi univertæque cognationis ipsius in *Osithe* de prædio et beneficio suo per nos adhibito, videlicet de curia, dote, mansis, mancipiis, agris cultis et incultis et omnibus appenditiis vel utilitatibus, devotius institutam, Beato Petro ecclesie nostrae patrono in præsentia nostra et ecclesie, nec non honoratorum virorum in omni plenitudine proprietatis et obedientiae pie tradidit, eo consolationis intuitu, quod a nobis nostrisque successoribus illa benignius adjuvetur, et si pietas aliquorum ecclesie nostrae fidelium suis prædiis vel beneficiis, ad hoc congruis illam juvare studuerit, vel ipsa fraternitas ex his aliqua comparare voluerit, sine contradictione semper in his promoveatur et consoletur. Provitum est etiam quod præfatus Ludolphus eiusdem loci pius Advocatus fideliter persilvat, filius eius Widekinnus, si superstes fuerit beneficiario jure succedat, cui si legitimus filius fuerit, Advocati electio in Congregationis beneplacito consistat electus vero si gravis et inutilis experiatur, eo deposito, quotiens opus fuerit, alter discrete substituatur. Huius ergo piæ donationis oblatio, ut in hoc benigno de generatione in generationem conservetur solatio nec in ullo eius fiat diminutio vel translationis commutatio auctoritate B. Petri et nostra sub anathemate et sigilli nostri impressione confirmavimus, et testes qui præsentés erant subnotavimus. Quorum nomina sunt. Arnoldus majoris Ecclesie Præpositus. Thiethardus Decanus. Gerhardus S. Johannis Ecclesie Præpositus, Conradus Imperatoris Capellanus. Lutbertus Decanus, Lenfridus, Thietmarus, Gertridus Scholasticus, Joseph, Constantinus. Laici vero aderant Arnoldus de Dorstadt, qui donationem istam ad proprietatem ecclesie suscepit, Florentinus de Schlackeberge, Hugo, Rikenzo, Boldewinus, Everhardus pincerna, Theodericus de Molenferthe, Huno Camerarius, Ambrosius

sius Hermannus, Olricus, Fredericus, Thietmarus, Malbodo. Acta sunt hæc anno dominicæ incarnationis MCLXX. Indiçt. III. regnante Frederico Serenissimo Romanorum Imperatore. Datum apud Sanctum Petrum in Ofenbruck III. Februarii. In nomine Dei omnipotentis feliciter amen.

LXV.

Ampliatio reddituum Capellæ in Lagbergen.

de 1170. (ex autogr.)

In nomine sanctæ et individuæ Trinitatis. Philippus non suis meritis sed Dei dignatione Asnabrugensis ecclesiæ speculator. omnibus ineffabilia que non licet homini loqui. Dum sponsæ Christi Ecclesiæ arram, anulum scilicet et baculum vice paranimphi gereremus, sponsam non nobis sed vero sponso Christo zelantes, ordinationi eius superintendimus. Placuit autem domino secreto consilio suo, capellulam quandam in *Lagberga* frequenti fidelium accessione nobilitare, et votis indigentium per interventum Sanctorum consolatione inibi impensa occurrere. Cuius fundus monasteriensem quidem ecclesiam respiciebat, sed administratio spiritualium Præfultui nostro subiacebat. Annuente ergo monasteriensi Ecclesia, nobis quoque ex consilio prelatorum nostrorum visum fuit dominum e vestigio sequi, et locum illum dignum honore ducere, cui dominus prior honorem voluit impendere. Vnde partem quandam parrochiæ scilicet *Kodenborst* et *Holte* quæ ante ad contiguam sibi ecclesiam *Leggerike* simili consilio accesserat. Consilio enim minus sano jam prefate capellule *Lagberge* assignavimus et de copia vnius inopiam alterius cum consensu Pastoris *Heinrici*, qui dotem ecclesiæ a domina Hervordenfi abbatissa *Jutka* susceperat, supplēvimus. Postea vero aliquanto

quanto interlabente tempore, cum priori pastore Heinricho decedenti alius Heinrichus nomine successisset, et alia persona Luigardis dicta similiter locum prioris abbatisse obtinuisset, posteriores de facto priorum causabantur et mutilationem ecclesiae in parrochia sua conquerebantur. Diversis ergo causarum conflictibus hinc inde saepius pullati, tandem Deo presidente cum consensu utriusque partis controversiam consilio terminavimus, et quatuor marcas de *Lagberge* unde redditus ecclesiae *Leggerike* emerentur dari instituimus, et partem illam prefatam parrochie capelle *Lagberge* remanere censuimus, ita tamen ut in recognitionem prioris matris Sinodis eius interessent, et prima die processionum, qui ante ascensionem Domini celebrantur vexillo crucis precedente populo subsequente solempniter occurrerent. Addidimus etiam et auctoritate nostra firmavimus, ut quemcunque Sacerdotem dominus curie idoneum elegerit ad accipiendam altaris curam episcopo libere producat. Ne quis autem praesumptuosus hanc institutionem nostram temerare audeat, banni vinculo firmissime notatam esse sciat. Actum Olanbruge anno dominicae incarnationis MCLXX. Indictione III. presentibus ecclesiae nostrae Arnolde Praeposito, Thetardo Decano, Sigebone custode, Gerfrido Scholarum magistro. Gerharde ecclesiae S. Johannis Praeposito, Rotberto ejusdem ecclesiae Decano totoque Capitulo. Monasteriensis ecclesiae Canonicis Magistro Hartdewigo cantore, Bernharde, Gerharde. In generali Synodo. Domina Abbatisa Hervordenfi Luidgarde presente Alberto presbytero ejusdem ecclesiae Canonico. *Ministerialibus* Iohanne. Reinharde. Wecelone cum compluribus aliis.

LXVI.

De decima in Hilttere de 1171.

e Cop. Iburg. P. I. f. 265.

In nomine sanctæ et individuæ Trinitatis. Philippus Osnaburgensis Provisor humillimus Omnibus Deum amantibus in Christo Jesu salutem. Vbicunque filiorum, pia circa Deum devotio suos defectus assidue succrescentes decimationibus vel aliis redditibus et bonorum oblationibus supplere poterit, Nos exhortationibus et subsidiis instantissime cogimur adjuvare, sicque per miserationes et beneficia divinis officiis benigne collata perpetua lucra mercari ad cujus confidentiæ certitudinem decimam quandam in *Hilttere*, octo videlicet domuum et cum quibusdam agris incultis a Daniele quodam nostro Ministeriali, quam viginti annis et amplius a nobis jure beneficiario quiete possederat, nostræ dilectionis et petitionis intuitu resignatam, ad perpetuam nostræ recordationis memoriam B. Clementi in Iburg ad fratrum stipendia inibi divini favoris clementia devotissimi decurrentium semper atinendam consignavimus, et figilli nostri impressione confirmavimus &c. Data in Osnabrugge anno dominicæ incarnat. MCLXXI. Indict. IV. sub testibus idoneis. Arnoldo majoris Ecclesiæ Præposito, Thiethardo Decano, Siegebodone Custode, Gerfrido Scholastico, Gifelhero, Walone, Ioseph, Lanfrido, Gerharde St. Johannis Ecclesiæ Præposito et vice domino.

LXVII. (a)

*Imperatoris Friderici privilegium de non evocando.
e copiaris Civitatis.*

Fredericus Dei Gratia Romanorum Imperator Augustus, ad hoc diuina ordinante clementia Romani Imperii gubernacula suscepturus, ut omnibus vim et injuriam patientibus scutum nostrae protectionis offerentes in necessitatibus suis subvenire debeamus. Videntes igitur afflictiones et pressuras Civium Osnabrugensium quas ab extrinsecis Judicibus sustinuerunt, qui eos extra civitatem ad aliena et insolita jura solebant evocare, ex consueta benignitatis nostrae clementia statuimus, ne quis iudex extrinsecus manens, quemquam ex civibus pro aliqua causa praesumat evocare, nisi prius querimoniam suam in civitate coram civitatis Rectoribus vel coram Nobis exsequatur et secundum civitatis jus consuetudinarium, debitam consequatur justitiam. Quaecunque autem vocationes ante haec tempora factae sunt ab extrinsecis iudicibus, effectum non habeant, sed in irritum revocentur. Ut igitur huius tradicionis edictum semper innotescat universis Imperii fidelibus, hanc inde cartulam conscriptam Sigillo Nostrae Majestatis iussimus insigniri, statuentes, ut quicumque hoc infringere attemptaverit, a gratia Nostra sit alienus et banno nostro subiaceat, donec dignam Nobis et Civibus satisfactionem exhibeat. Datum Goslariae Anno Dominicae Incarnationis, Millesimo centesimo septuagesimo primo. Indict. quarta Non. Kal. Dec. Fe - - - li - - - ci - - - ter Amen.

LXVII. (b)

Confirmatio foundationis Coenobii Osede. de 1177.
(ex aut.)

In nomine sanctæ et individuae Trinitatis. *Arnoldus* divina disponente clementia Sanctae Osnaburgensis Ecclesiae minister, universitati fidelium summum bonum, quod est Christus &c. Tam posteris quam modernis notum esse volumus, quia nos hoc debitum officii nostri considerantes, ea quae novellae plantationi in Osede, quam vir honorabilis Ludolfus de prædiis suis a fundamentis construxit, et devotione ipsius et ceterorum fidelium collata sunt, confirmare decrevimus. Idem quippe Ludolfus assentientibus filiis suis Widekino et Bernardo spe æternæ retributionis ob memoriam perpetuam sui et suorum Congregationi Sanctimonialium in præfato loco constitutam de prædio ac beneficio suo de ipsa scilicet curia sua cum omnibus appendiciis seu utilitatibus B. Petro Osnaburgensis ecclesiae Patrono in omni plenitudine proprietatis et obedientiae devote contradidit, ut sub eius patrocinio tuta permaneat et salva: et si quis in posterum de fidelibus ecclesiae Osnab. aliquid de prædiis seu beneficiis suis ad hoc congruis, ad ampliationem et consolationem memoratæ congregationis conferre voluerit, nulla contradictio impediat, sed ad usum ecclesiae libere convertantur. Hoc autem ordinatum est, ut ipse Ludolfus ejusdem loci permaneat Advocatus, cui si supervixerit filius ejus Widekinus jure beneficiario succedat, qui si heredem reliquerit, electio Advocati in arbitrio ipsius Congregationis consistat, et eundem si insolens et inutilis extiterit deponere et alium subrogare liceat. Hæc sicut privilegio felicis memoriae prædecessoris nostri antistitis *Philippi* confirmata sunt, ita et nos ea præsentis privilegii innovatione distincte confirmavimus. Præterea ea, quae nostris diebus memoratæ ecclesiae donata sunt, libet apponere

nere

aere *Everbaldus* siquidem pincerna decimam cujusdam
 domus in *Osde* trium solidorum ad luminaria per manum
 nostram sibi tradidit, astante et consentiente Filio suo
Fretherico, et ibidem cum patre suo fraternitatem acci-
 piente. Proprietatem autem ejusdem domus cum omni in-
 tegritate *Godeschalcus* de *Thifholt* eidem ecclesiae libera
 donatione contradidit. ob cuius rei recompensationem
 Conventus XVIII marcas sibi dedit, et insuper virginem
 in consortium suum recepit. Item *Balduinus* iudex deci-
 mam quandam in *Trelia* in loco, qui dicitur *Uollen*,
 cum filia sua Deo sacrata ibidem per manus obtulit no-
 stras, ita tamen quod ecclesia eandem decimam XVIII
 marcis redemit a Domino *Engelberto* de *Bodene*, cui a
 Domino *Balduino* oppignorata fuit. Haec acta sigillata
 si quis infringere temptaverit, et ecclesiae injuriam seu
 aliquam molestiam in his bonis irrogare praesumpserit
 ex auctoritate B. Petri Apostolorum Principis et nostrae
 parvitatatis anathematis sententiae subiaceat, donec resi-
 piscat et condignam satisfactionem peragat. Ad maio-
 rem quoque gestae rei firmitudinem testes veritatis subscribi
 iussimus, quorum haec nomina sunt. Clerici: *Gislerus*
Praepositus S. *Iohannis*, *Thidhardus* Decanus majoris Ec-
 clesiae, *Theodericus* Cellerarius, *Lantfridus* Cappellanus,
Folmunt presbyter ipsius loci. *Dionisius*. Laici: *Ludolfus*
Advocatus ipsius Ecclesiae et filius ejus *Wideki-*
nus, *Bernardus* de *Hurfimar*, *Constantinus* de *Monte*,
Balduinus iudex et frater ejus *Rikezo*, *Hermannus* de
Lothere, *Hugo* et filius ejus *Hartbertus*, *Teodericus*
 de *Mulenseten*, *Gisfelbertus* de *Thorna* et frater eius *Jo-*
hannes, *Johannes Magnus*, *Hugo* Camerarius, *Gerardus*
pincerna, *Johannes* *Marescalc*, *Herpo* de *Lutten*,
Rutcher de *Thifholt*, *Herbordus* de *Drene* et alii quam
 plures. Actum Anno dominicae Incarnat. MCLXXVII.
 Indict. decima. regnante *Fretherico* Romanorum Impe-
 ratore augusto invictissimo. anno regni eius XXIII im-
 perii

perii vero XXII. anno autem Episcopatus mei II. Data
Osnabr. in Dei nomine feliciter. Amen.

LXVIII.

*Alexandri III. confirmatio terminorum et jurium
Ecclesiae Osnabr. (ex aut.)*

Alexander Episcopus Servus servorum Dei. Dilectis
filiis Clericis Ecclesiae B. Petri in Osn. Salutem et
Apostolicam benedictionem. Justis petentium desideriiis
dignum est nos facile praebere consensum, et vota quae
a rationis tramite non discordant, effectu sunt prose-
quente complenda. Eapropter in domino filii, vestris
iustis postulationibus grato concurrentes assensu, jura et
terminos Ecclesiae vestrae, secundum quod distincti sunt,
et in privilegio Philippi quondam Osnabrugensis Episco-
pi continentur, et vos iuste possedisse noscimini, vobis
et Ecclesiae vestrae auctoritate apostolica confirmamus,
et praesentis scripti patrocinio communimus. Statuentes
ut nulli omnino homini liceat hanc paginam nostrae con-
firmationis infringere vel ei aliquatenus contraire. Si
quis autem hoc attemptare praesumpserit, indignationem
omnipotentis Dei et beatorum Petri et Pauli Apostolo-
rum ejus se noverit incursum. Datum Venetiis in Ri-
vo Alto III. Non. Augusti.

LXIX.

*Donatio domus in Danme. de 1180.
e Chron. Sandhofii p. 15.*

In nomine Domini. Ego *Simon* Dei gratia Comes
Teckenburg una cum matre mea *Glika*, et pueris meis
Johanne et *Hollwiga* sciente et consentiente conjuge mea
Oda,

Oda. Notum esse volumus tam posteris quam moder-
 nis; Quia nos de salute animarum nostrarum cogitantes
 domum quandam proprietatis nostrae in *Damme* sitam
 cum omnibus commodis, quae inde provenire poterunt
 Coenobio beatae Gertrudis in Monte libera donatione
 contulimus, ut a beata congregatione ibidem Christo
 famulante perpetua memoria nostrorum et propinquo-
 rum nostrorum in orationibus et devotionibus agatur.
 Mancipiorum autem ejusdem domus nomina sunt haec.
 Hamecko et uxor eius, Gertrudis et filii eorum Egge-
 hardus et Elvicus et filia Christina. Eodem tempore
 propinquus noster Dominus Binenfis Praepositus defun-
 ctus est, pro cuius anima annuam pensionem cujusdam
 domus in *Pette*, quae vulgo *Malscolt* dicitur, quae nostri
 juris erat, praefato Coenobio obtulimus, propiciationem
 pro peccatis ipsius. Ad corroborandam autem hanc li-
 berae traditionis nostrae paginam dominum nostrum *Ar-
 noldum* Osnabrugensem Episcopum ascrivimus, quo praes-
 sente et auctoritatem suam ei impertiente robur firmi-
 tatis rei gestae ordinatio fortita est; namque idem Epi-
 scopus nostro rogatu hoc Cyrographum suo Sigillo pa-
 riter cum nostro insignivit, et ne quis imposterum teme-
 rario aulæ hoc infringere attemptet, excommunicationis
 sententiam in praesumptorem promulgavit. Ad majorem
 etiam rei firmitatem, testes, in quorum praesentia haec
 acta sunt, subscripti vocantur. Clerici Lantfridus Ma-
 jor Praepositus, Joseph major Decanus, Gerfridus Schola-
 sticus, Drogo, Adam Canonicus, Arnoldus Beati Joan-
 nis Praepositus, Rotgerus Scholasticus. *Laici* Nicholas
 de Mensenberg. Haebartur, Franco de Ludewest, Hen-
 ricus frater ejus. Vifelbertus de Thorne. Wilbrandus Da-
 pifer et alii quam plures. Data Osenbrugge Anno Do-
 minicae Incarnationis MCLXXX. Indiæ. 13. In Dei no-
 mine feliciter.

LXX.

Privilegium Lucii Papae super redemptione decimarum de 1182.

Lucius Episcopus Servus servorum Dei. Dilectis filiis Capitulo Sancti Petri Osnaburgensi salutem et Apostolicam benedictionem. Quæ a nobis rationabiliter expetuntur, animo nos decet libenti concedere, et ea effectu protegente complere. Ea propter dilecti in domino filii vestris iustis postulationibus annuentes decimas ad Ecclesiam ipsam spectantes quibuscumque modis poteritis de manu redimere laicorum et eas nullius contradictione obstante vestris usibus applicare liberam auctoritate presentium vobis impendimus facultatem. Nulli ergo hominum liceat hanc paginam nostrae confirmationis infringere vel ei ausu temerario contraire. si quis autem hoc attemptare praesumpserit indignationem omnipotentis Dei et beatorum Petri et Pauli Apostolorum ejus se noverit incursum. Datum Laterani VI. Nonas Martii.

LXXI.

De decimis Laico non concedendis.

(ex aut.)

Lucius Episcopus Servus servorum Dei. Venerabili fratri - - Osnebr. Episcopo salutem et Apostolicam benedictionem. Fraternitatis tuae discretio non ignorat sicut pro certo credimus, quod cum decimae sine periculo nequeant a laicis possideri, non sunt eis sub occasione aliqua concedendae. Ideoque auctoritate tibi Apostolica prohibemus, ne decimas, quae de manu laica sunt ereptæ vel liberari poterunt in futurum, cuiquam laicorum assignes, sed in refectionem Ecclesiarum, et sustentationem
Cle.

Clericorum et pauperum, sicut in canonibus est statutum studiose convertas. Ita quod ex hoc nec hominum de- tractionem incurras, nec indignationem divinam in su- premo valeas examine formidare. Datum Laterani V. Nonas Martii.

Lucius PP. III.

LXXII.

De sepultura in Ecclesia Osnabr.

(ex aut.)

Lucius Episcopus servus servorum Dei. Dilectis filiis - - Præposito et Conventui Osnaburgensi sa- lutem et Apostolicam benedictionem. Si quando po- stulatur a nobis quod juri conveniat, et ab Ecclesiastica non dissonet honestate, petentium desideriis facilem de- bemus impertiri consensum, eorumque vota effectu profe- quenter complere. Eapropter postulationibus vestris gra- tum impertientes assensum sepulturam ecclesie vestræ libe- ram esse decernimus, ut eorum devotioni et extremæ vo- luntati qui se illic sepeliri deliberaverint, nisi forte excom- municati vel interdicti sint, nullus obsistat, salva tamen justitia illarum ecclesiarum a quibus mortuorum corpora assumuntur. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostrae concessionis infringere vel ei ausu teme- rario contraire. Si quis autem hoc attemptare præsump- serit, indignationem omnipotentis Dei et beatorum Pe- tri et Pauli Apostolorum eius se noverit incursum. Da- tum Laterani V. Nonas Martii.

LXXIII.

LXXIII.

*Confirmatio donationis a Domino Thetmaro et Domina Albeide Monasterio Ofedensi factae de 1183
e Cop. Coenobii Ofed.*

In nomine sanctae et individuae Trinitatis. *Arnoldus* Dei gratia Osnaburgensis Episcopus. Vniuersis ecclesiae filijs omne bonum nunc et in perpetuum. Necessarium duximus donationes quae nostris diebus ecclesiis Dei nostro regimini commissis ex devotione fidelium conferuntur literarum apicibus annotare, ne aliqua temporum vetustate queant aboleri. Praesentis itaque paginae circographo notificamus, quod Dominus Thietmarus custos principalis ecclesiae nostrae, simul et quaedam Domina Adelheidis nomine possessionem quandam in villa Engetere, scilicet tres areas cum trium domorum omni iure proprietatis de rebus propriis a quodam Volcmaro Ministeriali nostro, consensu heredum ipsius, stabili pacto compararunt, et cum omnibus illic attinentibus pro remedio animarum suarum Domino Deo et B. Mariae semper virgini, Sanctoque Johanni Baptistae in novellae plantationis loco, qui Ofethe dicitur, libera donatione nostro consilio contulerunt. Ad cuius rei fidele testimonium eadem Domina Adelheidis despectis mundanae conversationis illecebris, et propositum arripiens vitae melioris se ipsam cum omnibus quae mundi sunt abnegavit, et in eandem ecclesiam se contulit, ac voto perpetuae stabilitatis Deo servitutam sincero affectu obligavit &c.

Testes in quorum praesentia haec omnis actio est tractata fideliter inscribuntur. Lantfridus Major Praepositus. Theodericus Praepositus in Ofethe, Thietmarus custos. Petrus, Radolfus, Dionysius Drogo, Canonici majoris Ecclesiae. Luidolphus Nobilis Advocatus in Ofethe,

Olethe, Henricus dapifer, Gerhardus pincerna. Huno Camerarius, Gisbertus, Adelbertus, Wigmannus, Johannes Rufus, et plures alii ministeriales Ecclesiae. Acta sunt haec Anno Dominicæ Incarnationis MCLXXXIII. Indict. I. anno Episcopatus nostri X. Data III. Idus Novembris. in Dei nomine per omnia feliciter Amen.

LXXIV.

Annonis Episcopi Mindensis de decima in Pedincktorp et Ruthorp de 1183.

† In nomine sanctæ et individuae Trinitatis. Anno Dei gratia Sanctæ Mindensis Ecclesiae humilis minister universis Sanctæ matris Ecclesiae filiis quorum temporibus hæc litteræ legibiles fuerint, post laborem viæ præmium patriæ. Quoniam gesta rerum vetustate temporum quadam oblivionis caligine obfuscantur, et nisi monumentis literarum ad memoriam revocentur penitus emoriuntur: idcirco necessarium duximus tam futuri quam nostri temporis notitiæ fidelium præsentis paginæ testificatione palam facere, qualiter nos interventu dilecti fratris nostri Domini *Arnoldi* Venerabilis Osnabrugensis Episcopi et majoris Praepositi sui Lantfridi, et intuitu divinæ recompensationis atque fraternæ dilectionis qua Osnabrugensi Ecclesiae connexi eramus decimam de curte quadam in Episcopatu nostro (quæ est Fratrum majoris Ecclesiae in Osnabrugge) sita in villa quæ dicitur *Pedinckthorp*, quæ decima attinebat Curti nostræ in villa quæ dicitur *Ruthorp* illam inquam decimam cum omni alia decima totius eiusdem villæ, quæ nostri juris fuerant, sæpius memoratæ Ecclesiae majori in Osnabrugge contulimus, et in manus ejusdem Ecclesiae Praepositi perpetuo jure sub tali pactione delegavimus, ut quicumque in eadem Ecclesia Praepositus fuerit annum cano-

nem

nem seu pensionem, duodecim videlicet solidorum Osna-
brugenſis monetæ Sculteto Curtis noſtræ in prædicta
villa Ruthorp, qui fuerit in diebus illis, ſingulis annis
ſtatuto tempore in feſto ſcilicet S. Margaretae perſolvat.
Si vero terminum illum per negligentiam præterivit, in
feſto S. Jacobi terminus ſolvendi immobilis ſibi præfixus
eſt, adeo ut ſi illa die non perſolverit, omnis huius con-
tractus inſtitutio in irritum revocetur. Vt autem hæc
omnia ſecundum præſcriptam formam rata et inconvulſa
omni tempore poſteritatis permaneant, præſentem pa-
ginam geſtæ rei ſummam continentem Sigilli noſtri im-
preſſione roboratam illiſtradidimus. Si quis vero maligno
inſtinctu contra hanc traditionem noſtram ire, et eam
temerario auſu violare attemptaverit terribili anatemat-
is ſententiæ ſubjaceat et a conſortio Eccleſiaſticae commu-
nionis hic et in æternum ſequeſtratus ſit, niſi reſpiſcat et
et condignam ſatiſfactionem exhibeat. Ad majorem au-
tem hujus rei confirmationem teſtes in quorum præſen-
tia hæc conſumata ſunt ſubſcribi fecimus, quorum hæc
nomina: Thetmarus major Præpoſitus. Remwoit ejuſ-
dem Eccleſiæ Decanus. Heinricus Præpoſitus in Overen-
kirchen, Ludiger de Slon, Thiethardus Rector de Min-
den, Hartbertus de Mandeslo, Alexander de Lutbeke,
Eylwart de Echolt, Meinwerth de Berchuſen, Jotreth
de Oldenthorpe, Volckmar de Burninchuſen, Thiethart
de Holthuſen, Arnolt de Holthuſen, Wulffram villicus
memoratae curtis et alii complures Eccleſiæ miniſteriales.
Actum Anno Dominicæ Incarnat. MCLXXXIII. Indi-
ctione I. regnante Fretherico invictiſſimo Romanorum Im-
peratore anno regni ejus XXVIII. anno imperii ejus XXIII
noſtri autem Epiſcopatus anno XIII. Datum in Dei no-
mine feliciter. Amen.

LXXV.

*Castrum Bardenburg cum domo Barninckhus confer-
tur Coenobio Ofede de 1184.*

In nomine sanctae et individuae Trinitatis. *Arnoldus* dei gratia Sanctae Osnaburgensis Ecclesiae dictus Episcopus omnibus Christi fidelibus salutem veram atque perpetuam et omne bonum in domino &c. Notam facimus actionem quandam nostris temporibus factam sub ecclesiae testimonio corroboratam, et sub interminatione divini anathematis inviolabiliter confirmatam. Fuit quondam in terminis nostris castrum *Bardenburg* dictum, quod nunc in *Tikeneburgense* castrum est demuratum, cui domus agriculturae *Bardenehusen* dicta contigua erat, cuius omnis possessio et utilitas dominis castri *Tikeneburgensis* hereditario semper jure pertinebat. Postmodum vero praesidente Domino *Philippo* Episcopo Sanctae Osnaburgensis Ecclesiae, *Henricus* Comes *Tikeneburgensis* consensu filii sui *Simonis* legitimi heredis eandem omnem possessionem cum aliis possessionibus hereditariis *B. Petro* contradidit jure proprietatis pro quibusdam beneficiis, quae ab Ecclesia obtinuit, eademque et caetera quae contradiderat in beneficio recepit. Patre demum vita decedente *Symon* Comes filius eius successit, et omnia simili pactioe possedit. Florescente vero laudabiliter per domini clementiam apud nos novella quadam plantatione in loco, qui *Ofetke* dicitur, domini dei adjutorio efficiente atque *B. Eylika* Comitissa fideliter interveniente a fidelibus illius loci captata de rebus ecclesiae Comitissae benevolentia, omnium suorum pio consensu ad solatium domino illic famulantium jam dicta possessio fideliter hoc modo est collocata. Nam *Simon* Comes cunctis qui aderant benigne faventibus idem *Bardenehusen* hereditario quidem jure dudum possessum, sed jam nunc beneficii

concessione habitum, nobis qui Deo auctore Praefulatum tenere videmur, de manu in manum spontanea devotione resignavit, eo videlicet pacto, ut Domino Deo ac Sanctae Mariae semper Virgini simulque B. Johanni Baptistae in praedicto loco qui Osethe nominatur, ad solatium illorum Christi pauperum fidelium ex nostra donatione libere traderetur ac firma stabilitate roboraretur. Nos igitur ad honorem Dei amplius promovendum benignitatis voto in omnibus assensum praebere parati sumus, et requisita inde ac data sententia, qua dictam domum in *Bardenehusen* cum omnibus appendiciis suis eidem loco delegavimus, et tam Spiritualis potentiae auctoritate, quam et Secularis iustitiae legitima confirmatione munivimus. Igitur in nomine patris et filii et Spiritus Sancti auctoritate B. Petri Apostoli per ministerium nostri sacerdotalis officii firmam pacem et invariabilem stabilitatem in omnibus istis roboramus, scilicet in agris, pascuis, aquis, molendinis et adjacente illic singulariter luco, similiterque aliis communibus silvis in omni utilitate vel quaecumque dudum ibi fuerant in possessiva et beneficiali Comitum potestate. Mansum quoque unum sive agros in villa quae *Brinken* dicitur non longe inde posita Domina Eylika Comitissa addidit propria devotione, quae omnia comprehendimus sub eadem confirmatione. Testamentum itaque inviolabile omnis huius rei coram Christo et ecclesia firmissimae pactionis facimus, et ne quisquam in posterum irritare praesumat, in nomine Domini et in vinculo anathematis divini omnino praecipimus et constituimus. Ut vero rata sint omnia et rationabilia sigilli nostri impressione confirmamus et testimonio fidei corampositorum comprobamus. Quorum nomina sunt haec: Lantfridus major Praepositus, Josephus Decanus, Arnoldus Praepositus S. Johannis, Theodericus Praepositus in Osethe, Thietmarus, Adam, Radolfus, Thidericus, Dionisius, et alii plures Canonici. *Symon* Comes qui
et

et Major Aduocatus, Christianus Comes, Widekinnus Nobilis, qui et Advocatus in Ofethe, Willelmius de Holte, Bernhardus de Metelen, Heinricus, Gerhardus, Giselbertus, Johannes, Rikenzo, Wigmannus, Willelmius, et alii Ministeriales Ecclesiae. Gerhardus de Hulevelde, Nicolaus, Gerlog, Arnold, Haold, Machtfriid, Johannes, Reynold, Burchard, Andréas, Heinricus, et plures alii Ministeriales Comitum. Acta sunt hæc anno dominicæ incarnationis MCLXXXIII Episcopatus nostri XI. Indiæ, II. Data VI Idus Maji, in dei nomine feliciter amen.

LXXVI.

*Lucius Papæ facultas condendi testamentum
de 1184. e Copiario aut: Cath.*

Lucius Ep. servus servorum Dei, Dilectis filiis Clericis osnabr. Ecclesiae salutem ac apostolicam benedictionem. Ex iniuncto Nobis a Deo Apostolatus officio Clericorum juri tenentur prospicere et utilitati, atque ipsis contra maleficiorum incurfus patrocinium nostrum fortius impertiri; ex parte siquidem vestra nostris est auribus intimatum quod Laici consanguinitatis intuitu testamenta quæ de propriis rebus condita sunt sua temeritate infringant, non sinentes ea juxta dispositorum voluntatem impleri, volentes igitur in hac parte vobis sollicitudine paterna prospicere discretioni vestrae autoritate præsentium indulgemus ut condendi testamenta de quibuslibet propriis rebus vestris juxta legum et canonum sanctiones liberam de caetero habeatis facultatem, autoritate nostra apostolica districtius inhibentes ne quis testamenta vestra canonice facta consanguinitatis obtuitu violare ullo modo præsumat. Nulli omnium hominum liceat hanc paginam nostræ jussionis et prohibitionis infringere vel ei ausu temerario contraire, si quis autem hoc attentare præsumserit

sumperit excommunicationem omnipotentis Dei et B. P. et P. Apostolorum eius se noverit incursum. Datum Verone XI. K. Nov.

LXXVII.

Privilegium Arnoldi Episcopi Osnabrugensis de decima in Wildeshufen de 1184. e copiaro Wildeshufano.

In nomine S. et individuae Trinitatis. Arnoldus Dei Gratia Sanctae Osnabrugensis Ecclesiae humilis minister. Omnibus Christi fidelibus tam presentibus, quam futuris perpetuam in domino salutem. Dilatata in Christo charitas nos admonet atque hortatur, ut tenuitatibus Ecclesiarum Dei nobis commissarum condescendamus et earum laboribus, ubicunque poterimus, subveniamus.

Vniuersis igitur in Christo fidelibus notum facimus, quod nos intuitu fidelis obsequii saepius circa Ecclesiam nostram exhibiti dilectorum fratrum nostrorum et venerabilium Canonicorum in Wildeshufen, Decimam ipsius Villæ, quam longo tempore possederunt in singulares usus, et memoriam nostri annualem, et Successorum nostrorum ipsis concessimus, ordinamus et ratum esse volumus, vt nuntiis ipsius Capituli duobus videlicet, et discretis fratribus ad Capitula et Concilia nostrae ecclesiae venientibus ex ea necessaria ministrentur: quidquid autem residuum fuerit, in usus fratrum eiusdem ecclesiae redigatur.

Sunt praeterea in eadem villa quaedam domus quarum decimis quidam a praeposito praefatae Ecclesiae in beneficiati sunt, quas si fratres redimere possint, facultatem eis plenariam concedimus. Vt autem haec rata et inconuulsa permaneant, sub anathemate districte praecipimus, ne quis autem ausu temerario infringere praesumat, sigilli nostri impressione et testibus subscriptis roboramus

boramus et munimus. testium vero nomina sunt haec: Lenticidus praepositus maioris Ecclesiae, Joseph Decanus, Hermannus Canonicus et in Wildeshufen archidiaconus, Adam Cellarius, Dionisius Canonicus, Rotgerus Scolasticus, Nicolaus Canonicus, Wilhelmus Custos, Anselmus Canonicus.

Nomina Laicorum sunt: Constantinus de berghe, Henricus dapifer, Gerhardus pincerna, Hartbertus de Zburg. Malbodo Villicus de bilehem et alii plures tam laici quam Clerici. Facta sunt anno ab incarnatione Domini MCLXXXIV indictione 2da 8vo idus Augusti.

LXXVIII.

De decima domus in Honburen.

e Chron. Sandhofii p. 16.

Ego Rikezo de Schledese et Joseph Filius meus filiis nepotibus et amicis salutem. Praefens hominum etas praesentium actuum conscia, praeteritorum nescia, facit posteris discrimina. Si non fuit series gestorum scripto signata et mera veritas ceco papatur errore, dum rerum contractus certo caret auctore. Vnde nos moniti decimam domus honburen site, quam certo sub pacto ponimus quatuor videlicet solidorum annua pensione consensu Ladilonis et filii ejus Rikolfi. qui hanc in feodo a nobis habet Dominum nostrum Arnoldum Episcopum rogamus quatenus haec secundum ejus auctoritatem roboret.

A. Christi fidelium minimus Osneb, dictus Episcopus. Premisse narrationis textus piorum virorum praenotatorum representat affectum et ejus ad posteros rei geste postulat testimonium. Quod quia negare non debemus praesenti pagine sigillum nostrum appendimus et pronotata Christi nomine confirmamus. Acta sunt hec Anno dominice incarnationis MCLXXXV. Testes Olricus, Praepositus beate Gerthrudis, Geva Priorissa, Ermen-gard.

gard. Alewich. Meinward. Johan. Thiedans et totus ibi conuentus. Lentfridus maioris Ecclesiae præpositus. Arnoldus beati Iohannis Præpositus. Joseph Decanus et alii quam plures conuentus fratres. Simon Comes de Thekeneburch. Arnoldus Nikolaus. Rothulfus. Hugo. Baldwinus. Johannes rufus. Gerhardus pincerna. Heinrichus dapifer Ambrosius.

Forma {
 Episcopus sedens dextera
 pedum, sinistra librum tenet.
 Tiara in capite cum Pontificali habitu. } Sigilli.

LXXIX.

*Judicialis confirmatio eiusdem.**ex eod. p 17.*

In nomine sanctæ et individuæ Trinitatis. *Arnoldus* Dei gratia Osnabruggenlis Ecclesiae humilis Minister uniuersis Catholicae Ecclesiae filiis tam posteris quam modernis quorum aspectibus hæ litteræ præsentatæ fuerint veram in Domino Iesu salutem. Cum lapsu temporum gesta rerum oblivione obfuscantur, necessarium duximus ea, quae nostris diebus coram nobis alicujus conventionis contentu celebrata fuerint, literarum monumentis mandare, ut res, quae pro antiquitate temporis transacti a memoria abolitæ sunt, certis scripti testimoniis adnotitiam reuocentur. Notum sit igitur tam futuri quam præsentis aevi fidelibus, quia fratres et sorores collegii Sancti Gertrudis in Monte quandam domum in *Hanbûren*, cum decima ipsius triginta quatuor marcis a *Rikezone*, fratre *Suetheri* et *Balduini* emerunt præsentibus et assensum præbentibus filiis suis *Joseph*, *Suethero*, *Wescelone*. huius autem emptionis conventionem cum memorato *Rikezone* fecerunt hi: *Vlricus* præfati monasterii Præpo-

Præpositus, Meinwardus, Ioannes, Wilbrandus, Geva Priorissa, Ermengardis, Alewich, Heilewich cum omni conventu. Hic autem contractus in præsentia nostra celebriter cum coniventia nostra stabilitus, et in iudicio roboratus est, cui præfedit Henricus de Cappele, qui locum iudicis, qui vulgo thevegrevé dicitur, tenebat. Iudicialem sententiam dictabant. Thiedolfus de Brumeswic. Vadderken et Reinerus de Dudelinckhusen. Godefridus de Stembecke. Publicus Preco quem Vronen vocant erat Bruno de Northusen. præter hos aderant testes quam plures Clerici. Arnoldus majoris Ecclesie Præpositus, Thiethardus ejusdem ecclesie Decanus, Gislerus Præpositus S. Iohannis Drogo. Laici Balduinus frater Rickezonis, qui eadem bona vendidit. Iser et Ruland de Westerbecke. Wescel de Oltbecke, Gerardus de Icker. Ruland de Meinekhufen. Reinzo et Hoiko de Gelincktorpe. Ernest de Hagenburg. Volmarus de Malbergen. Waldree de Estngen. Elvericus de Harft. Thidmarus de Barenclg. Wills de Northusen et alii quam plures. Ne autem in posterum aliquis heredum sæpe dicti Rikezonis aut ulla omnino persona tam rationabilis contractus titulo temerario ausu contraire et eum infringere attemptet, sed raturus et inconcussus omni tempore permaneat, præsentis paginae privilegium sigilli nostri impressione insignitum rei gestæ continens modum et ordinem sæpius memoratæ Ecclesie beatæ Gertrudis super hoc tradidimus et auctoritate domini nostri Petri et nostra factum confirmavimus. Si quis autem suadente Diabolo eidem Ecclesie violentiam intulerit, et præfatae domus, quam iusto titulo et bona fide possidet, bona invadere et rapere præsumperit, excommunicationis vinculo subiaceat, donec resipiscat, et restitutis ablatis de malefacto condignam satisfactionem exhibeat. Acta sunt hæc Anno dom. inc. MCLXXXV Ind. XII. regnante Domino Fretherico glorioso Romanorum Imperatore præsidente Colonienfi Cathedrae Domino Philippo. Data Osn. in Dei nomine feliciter Amen.

LXXX.

De decima in Vlenberge.

(ex aut.)

In nomine sanctae et individuae Trinitatis. *Lontfridus* Osnabrugensis Ecclesiae vocatus Praepositus, *Walo* Decanus, totumque Capitulum universis fidelibus - - - in domino perfruitionem. Noverit pie recordationis memoria Karitas vestra, quod in civitate nostra Osnabrugge vir quidam nomine *Riebertus* extitit (cuius uxor *Eylica*) in divino devotus obsequio, et Ecclesiae nostrae magno accensus affectu, quem in effectu prodidit, quia praebendam nostram sumptibus suis jovit, et amplius superaddidisset, si majores in hac luce moras Dominus illi permisisset; Denique decimam unam in *Vlenberge* triginta solventem nummos Fratribus contulit, quam quatuor marcis comparavit, et duas marcas nobis superimpendit. Vxoris vero illius filius nomine *Godefridus* sex marcas fratribus specialiter pro remedio animae suae contulit. Eadem vero venerabilis matrona mortuo viro et filio *Godefrido*, filium adhuc superstitem habuit *Heinricum*, qui sensu paulum minoratus fuit, cum cujus consensu et voluntate Fratribus quinquaginta marcas donavit, et domum unam in angulo Civitatis nostrae sitam, *Clauastro* contradidit, ita tamen, ut si filius matrem, vel mater filium superviveret, in eadem domo usque ad finem vitae suae habitaret. Nos autem beneficiis his non ingrati respondimus, et jam dictam *Eylicam* et filium ejus *Heinricum* in *Kanonicos* elegimus, et unum stipendium ambobus assignavimus, ut si alter superviveret, in eodem stipendio ad finem vitae suae remaneret. Si quis id violare attemptaverit, iram omnipotentis incurret.

L. sigilli majoris Capituli.

LXXXI.

LXXXI.

Litteræ compositionis amicabilis inter Dominum Arnoldum Episcopum Osnabrug. et Simonem Comitem de Tekeneborch super beneficio castrensi in Iburgh. etc. de 1186 (ex aut.)

In nomine sanctæ et individuæ Trinitatis. Arnoldus Dei gratia Osnabrugensis Ecclesie vocatus episcopus omnibus successoribus futuris ac posteris. Ex quo superne providentiæ gratuita clementia quo nec vite merito nec scientie habitu dignus extiti sum vocatus. duplex mihi onus impositum experimento didici. H. temporalium. Cum vero his prout divine gratie opitulari dignat plurime conatibus meis adversitates occurrerunt. Vt enim de alijs hoc loco referre supersedeam gravissimam tias ab illo de quo minus timebam, scilicet a Symone Comite de Tekeneburg, aduocato eccle scilicet et toti eccle mee, Clericis inbeneficiatis ministerialibus atque litonibus illatus perpeffus sum. Preter meos perpetravit ter vitium quod castro in Yburg de advocatia de bonis Amelungi debebat castrensis beneficii iure de manu mea receperat, excepta curia in Lunne cum omnibus appendiciis suis, quam ante meum introitum comes Hermannus in subtraxit. quin etiam illud se debere negavit. de quo infra suo loco plenius agemus. Præterea LX. marcas quas majori eccle in Osnabrug debebat reddere recusavit. Quem dum super his et alijs iniurijs, quas non est huius loci vel temporis retexere, sapius convenissem paterna ammonitione. Quamquam iudicialia districtione ad emendationem eum revocare studuissem, inopinatum gravamen incurri. Nam ille nescio quo instinctu per appellationem interpositam, faciem me videre fecit apostolicam, nec suam tamen ibi exhibuit presentiam. Deo autem propitio negotium meum coram

Domino Papa, et coram sacrosancte Romanæ ecclesiæ conventu ad uotum executus, et cum apostolica benedictione remissus, non solum apostolicis verum etiam imperialibus literis munitus, quibus ipse comes et mihi et toti eccle mee de omnibus offensis competentem emendationem exhibere iussus est, ad propria sum reversus. Per has autem litteras ei presentatas ad satisfaciendum mihi et meis illum artare cepi; sed hoc negotio per multas inducias de tempore in tempus protracto, tandem Venerabilis frater meus Thidmarus Mindensis tunc electus pro bono pacis et concordie se interposuit, adhibitis secum pluribus multæ prudentiæ ac discretionis viris, capellariis suis, Magistro Hermanno et Ludolfo, Advocato suo Widekino, Remberto de Slun, et fratre ejus Lutgero. Iustaico de Vorenholte et inbeneficiatis ecclesie mee nobilibus, Rudolfo de Stenvorthe, Bernardo de Lippen, Widekino de Rethen, Wilhelmo de Holte, Heinrico de Blankena, fratre eius Rabodone, Constantino de monte et Wiero, qui legati fuerunt regis Heinrici, Widekino de Osde et multis aliis. His autem mediantibus et de communi electione utriusque partis mei videlicet et comitis, de compositione mihi a comite facienda tractantibus, tandem unanimi consensu in ordinatione compositionis conveniunt. Ordinata vero ab eis compositione cautum est, ne aliqua in posterum cavillatio emergeret, que ei contraire aliquo modo vel refragari temptaret. Ex voluntaria siquidem electione ipsius comitis iudicio presedi et beneficiario jure causam tractavi, meque judicialiter agente per sententiam inbeneficiatorum dictatum et confirmatum est et consensu approbatum, quod quecumque in illo iudicio agerentur, sic rata penitus et inconvulsa permanere deberent, et neutra pars unquam reclamandi locum haberet, si res legitimo tempore et ordine actitaretur. Forma vero compositionis qua gratie nostræ idem Comes reconciliatus est huiusmodi est. Pro omnibus offensis et molestiis, quas proprie persone mee siue in expensis siue in vexationibus

nibus

nibus siue in subtractionibus debiti seruii intulerat, centum mihi marcas composuit, pro quibus curiam in Damme cum omnibus sibi attinentibus mihi oppigneravit, terminis redimendi prefixis, in epyphania scilicet Lta marcas et in pascha reliquas Lta. Si autem in alterutro istorum terminorum Lta marcas non soluerit, licet in reliquo Lta persolvat, ex illo tempore quo Lta non solvit, medietas curie in mea potestate et successorum meorum perpetua proprietate sine redemptione manebit. Si vero in neutro termino, id est, neque in epyphania, neque in pascha ipsius anni, quo hæc gesta sunt, quicquam persoluerit tota curia integraliter in meos meorumque successorum usus stabili jure cedit. Pro LX vero marcis, quas eccle debuit, curiam in Berge, cum omnibus appendiciis suis exceptis mansis et litonibus curie, præter colonum curie et uxorem et liberos ejus, si curiæ attinent, si vero colonus curie lito non est, de litonibus curie cultor cum uxore dabitur, si cultor datus uxorem et liberos habet, curiam sequantur: hanc inquam curiam hac pactione eccle oppignoraverit, vt si in festo S. Johis baptistæ proxime venturo LX marcas non persoluerit, de cetero redimendo locus comiti non pateat. Sed curia usque ad Festum S. Michaelis in potestate mea erit, et mihi eam redimere licebit. Si vero usque ad hunc terminum eam redimere neglexero, cedit in usus ecclesie verum si infra eundem terminum me obire contigerit eadem curia in potestate Successoris mei per XII ebdomadas postquam investituram acceperit manebit et interim ei hanc redimere licebit. Quod si non fecerit in proprietatem Ecclesie sine aliqua retractatione transibit. De Advocatia, que ecclesie meæ ex bonis Amelungi - - -
- - - castrensis beneficii a me tenerat distinctione supra memoratorum illustrium virorum, quorum ordinationi standum erat, sancitum est, ut si VI. clericos haberemus et XII. Laicos, qui vellent iuramento confirmare, quod Comes Symon ipsam advocatiam et bona
Ame.

Ame.

Amelungi que Dux H. Saxonie a me tenuerat iure castrensis beneficii quod vulgo Burglen dicitur a me recepisset, irrefragabiliter iustitiam meam de hoc capitulo obtinerem. Quos ibidem paratissimos habui, et per eorum testimonium propositum obtinui. Clerici vero fuerunt hi. Lantfridus Praepositus maioris ecclesiae. Cunradus Abbas de Yburg. Arnoldus praepositus minoris Capituli. Radolphus Cappellanus Curie. Wicbertus Sacerdos. Hermannus diaconus. Laici Ministeriales ecclesiae. Hartberdus Everhardus de Asthorp. Iohes rufus. Heinricus dapifer. Gerardus piucerna. Hermannus Marscal. Alfgrim. Ambrosius de Lothere et frater eius Heinricus. Everhardus de Winkelfete Frethericus et frater suus Everardus. Horum itaque testimonio comes convictus veritatem recognovit, et debito servitio de cetero castro in Yburg presidere spondit, cuius servitii forma talis est: Tempore pacis V. milites et V. servientes ad defensionem munitos dicto castro debet providere. Si vero necessitas aliqua episcopo vel ecclesiae suae incubuerit X milites et totidem servientes ad subsidium ibidem providebit. Vnus autem ex his militibus sub quo ceteri militabunt, vel inbeneficiatus ab ecclesia, vel ministerialis ecclesiae esse debet, et talis de quo sincera habetur fiducia. Insuper vnum custodem superioris parte, et duos vigiles, qui ecclesie sint constituet, hos autem omnes suis impensis procurabit. Advocatiam vero nullatenus ei scindere, vel aliquem inde inbeneficiare licebit. Tam de hoc vero quam de aliis beneficiis que ipse ab ecclesia tenet, non solum intra castrum sed etiam extra circumquaque iniurias ecclesiae sua tuitione tenetur propulsare. Hoc vero summopere cautum est, quod nullam Werram pro privata causa sua de ipso castro Iburg licitum sibi erit movere. Praeterea de omnibus injuriis quas subditis meis tam clericis quam laicis inbeneficiatis, Ministerialibus, litionibus intulerat, emendationem congruam facere spondit. De Illor vero ministerialibus, quos idem Comes

mes ecclesie abstulerat, hoc statutum est, ut quia coram Domino Imperatore Fretherico ecclesie Osnabr. dati sunt, coram eo conveniamus, et ibidem de his litem dirimamus. Ut autem huius reconciliationis ordinatio perhenni posteritatis tempore rata et inconvulsa permaneat presentis cyrographi cartulam, seriem gestæ rei continentem conferibi iussi et eam sigilli mei impressione roborare curavi. Ad maiorem quoque rei confirmationem testes in quorum presentia hæc acta sunt, subscripti annotantur. *Clerici* supra memoratus Reverendus frater et Coepiscopus meus Thidmarus Mindensis tunc electus et Capellani eius Magistr. Hermannus et Ludolfus Widekinus advocatus eius. Reimbertus de Slon et frater eius Ludgerus. Iustacius de Vorenholte. *Clerici* meae eccles. Lentfridus maior Præpositus. Cunradus abbas de Yburg. Arnoldus minor Præpositus. Radolfus Capellanus. Wichbertus Sacerdos. Hermannus Diaconus. *Laici Nobiles* inbeneficiati ecclesie meae. Rudolfus de Stenforthe. Bernardus de Lippe. Widekinus de Rethen. Wilhelmus de Holte. Henricus de Blankena et frater eius Rabodo. Constantinus de monte et Wierus, qui legati fuerunt Regis Henrici. Widekinus de Osde. Bernardus de Metelen. Gerardus de Hulenvelde Suether de Linen. Frethericus de Glane. Arnoldus de Glane. Hermannus de Dickhus. Nicolaus de Throten. Thitmarus Eenke. *Ministeriales* Hartbertus de Yburg. Albertus Rogge. Johes Rufus. Everhardus de Astthorp. Henricus dapifer. Gerardus pincerna. Alfgrim. Herman Marscale. Arnoldus de Alfhusen. Everhardus de Winkelfet. Ambrosius et frater suus Henricus. Frethericus et frater suus Everhardus. Nortbertus. Malbodo. Wilhelmus. Rabodo. Helmaric Croueh. Gifelbertus de Schagen. Rikezo Judex Luiko. Gerardus Gogreve. Joseph de Sleg. Wichbertus et frater suus Thidhardus. Ambrosius de Beleem et alius Ambrosius. Rudolfus de Rasle. Everwinus et alii quam plures, quos enumerare longum est. Acta sunt hæc anno dominice incarnationis M. C. LXXX. VI. Indictione III Regnante gloriosissimo Romanorum Imperatore Fretherico Præsidente Osnabrugensi cathedræ Arnolde Præsule . . . feliciter Amen.

(L. S.)

ARNOLD. *Dei Gratia Osnab. Episc.*

LXXXII.

LXXXII.

De domo et agris in Slagforde de 1186.

ex aut:

In nomine sanctæ et individue Trinitatis. L. Dei gratia Præpositus. Jo. Decanus totumque maioris ecclesiæ Capitulum in Osenbruge. Vniuersis sanctæ Catholice et Apollol. Ecclesiæ filiis pacem et salutem in perpetuum. Quoniam rerum gestarum ordinatio tractu longinqui temporis quadam oblivionis caligine obtenebratur, et posteriori evo memorie hominum non occurrit, nisi litterarum monumentis actionem rei expresse representantibus, ad cognitionem veritatis reuocetur. ideo presentis pagine descriptione tam futuris quam presentibus notificatur, qualiter Heilwigis cum post mortem patris sui bene memorie *Hartwici* domum ecclesiæ in Slagforde cum omnibus appendiciis suis, eadem pacto quo pater suus tenuerat, a fratribus colendum recepisset, circa agriculturam adeo negligens extiterit, ut eodem domus non solum inculta, sed etiam per devastationem atque alienationem agrorum sibi attinentium, graue dampnum perpessa fuerit. quin etiam ipsa obedientiaro statuta pensionem statuto termino persolvere superseuerit. Ob huiusce modi ergo negligentiam coram conuentu predictorum fratrum, memorata Heilwigis, tracta in causam et se non valens iuris seu rationis allegationibus tueri, per sententiam illa bona amiserat. Tandem ipsa habito cum amicis suis consilio, gratiam quasiuit, et ut hanc obtinere mereretur uniuersos agros, quicumque sub memorata domo in Slagforde coluntur, quorum quosdam ipsa sibi seorsum tanquam proprios prius vendicauerat, et suos esse contra fratrum assertionem litigando dixerat, hos inquam et omnes ut predictum est, fratribus recognovit, in perpetuam proprietatem possidendos. Hac ergo recognitione a se et tribus filiis suis spontanee facta per mantum Decani et Obedientiarum, consensu totius Capituli, in possessionem sepius dicte domus in Slagforde restituta est, eadem pactione qua prius, hac videlicet ut de illa domo, quam præfatus Hartwicus pater suus in memoriam sui fratribus Ecclesiæ beati Petri cum omnibus sibi attinentibus contulit, que sub memorata domo propria ecclesiæ in Slagforde coluntur, in anniversario ipsius Hartwici, conjugis suæ Wieburgis, quod utrumque uno et eodem die in Litanis videlicet maiore agendum est, cuilibet fratrum panem album, et carnis stipendium ministret et præterea de ipsa matris domo in Slagforde quo-

quotannis in festo S. Bonifatii obedientiario illius domus, duos cados mellis, et VI modios tritici, et III ovium carnes, in memoriam pie recordationis Luitberti, qui nobis hanc contulit, persolvat. Si vero hanc annum canonem statatis temporibus persolvere superfederit, prima vice obedientiario cum duobus solidis emendet. Si secunda vice neglexerit, similiter emendet. Si tertia vice, omnibus illis bonis priuatur. De vero censu quem de quibusdam eiusdem domus agris Præposito debet, cum ipso conveniat. Hæc autem eidem Heilwigi gratia superaddita est, quod cum viam universæ carnis ingressa fuerit memoriam etiam ipsius et Dudonis mariti sui, cum anniversario patris sui Hartwici debitis officiorum celebrationibus, similiter eodem et uno die agatur. Hæc omnia sub tali conditionis conclusione ordinata sunt, ut si post mortem ipsius Heilwigis, aliquis trium filiorum suorum, scilicet Hartwicus, Henricus, Nicolaus legitimum matrimonium contraxerit, et inde legitimos filios generaverit, illi filii, et ultra non alii eadem bona eodem pacto obtineant. Si vero sine legitimis liberis fuerint defuncti, cum omni integritate in potestatem ecclesiæ libere per omnia revocentur. Porro nec ipsi Heilwigi nec alii licebit aliquem colonum in ipsius domus possessionem nisi per manum Decani et Obedientiarii cum consensu Capituli introducere vel locare. Ut autem huius contractus conventio nullo posteritatis aboleatur tempore, presentis privilegii sigillo Beati Petri insigniti, testificatio adhibita est. Testes ydonei tam Clerici quam Laici, quibus presentibus res ordinata est, subscripti sunt. Clerici: L. Præpositus. I. Decanus. Hermannus. Adam Lemarus. Tiodericus. Albertus. Petrus. *Laici*: Rikezo rector civitatis. Giselbertus Hartbertus, Adolfus, Thetmarus, Tiodericus, Henricus dapifer. Gerhardus pincerna. Gerhardus Camerarius. Johannes Rufus. Andreas et alii quam plures. Actum anno dominicæ incarnat. MCLXXXVI. Indictione III regnante gloriosissimo Romanorum Imperatore Fr. Prefidente Osnaburgensi cathedre Domino A. venerabili Episcopo Anno episcopatus eius XIII.

LXXXIII.

De decima in villa Laie de 1187.

e copiar: Oesed.

In nomine Sanctæ et individue Trinitatis. Arnoldus Dei gratia Osnaburgensis Ecclesiæ humilis Episcopus etc. Noverrint fideles Christi uniuersi, quod sacer Conventus in Osethe, quem

quem

quem eiusdem novi Coenobii peperit sacra religio, in profuturos usus cupiens erigere decimam villæ, quæ Laie vocatur, pro marcis XX, redemit a tribus militibus, quorum nomina Gifilbrath de Visbice, Heinrich de Trihusen, Gifelbrath de Thorne. Hi tres pro prædicta pecunia prænominatam decimam Comiti Simoni resignarunt. Qui eandem decimam nobis resignavit hac conditione ut in proprietatem prædictæ Ecclesiæ assignaremus etc. Acta sunt hæc in Osethe anno dom. incarn. M. C. LXXXVII. Jndict. V. Testium nomina sunt. Lentfridus maioris Ecclesiæ Præpositus. Joseph Decanus, Rudolf Capellanus, Godefrid sacerdos de Dissene. *Liberi*: Bernhardus de Merete, Alexander de Westerwinkele. *Ministeriales* vero Gerhardus de Glosinchem, Henrich de Lothere, Ekehardus de Widenbrugge, Ekehart de Dissene, Rubodo de Hefeppe, Henrik Ben. Johan de Swanegen.

LXXXIV.

De Ecclesia in Steinfeldt de 1187.
 e copia antiqua.

Arnoldus per misericordiam Dei Osnabrugensis ecclesiæ Episcopus universitati fidelium æternæ salutis gaudium, piæ sollicitudinis officium exigit, ut salutis subditorum necessitate postulante consulamus et eorum bonas voluntates circa divinum cultum ad evitacionem suorum periculorum astuantes modis omnibus promoveamus, hinc est quod homines de villis videlicet, Siemmemühlen holthusen et omnes his collegiis id est burshapiis attinentes pro periculis et negligentis quas in se et suis infirmis remotione locorum se crebrius passos esse conquesti sunt, ab ecclesia Damme et omni eius obsequio (excepta Synodo, quam ibi solito more tenebunt) assensu pastoris Theitmari et sui vicarii Henrici libertavinus, et eis in Ecclesia Steinfelde, quam de suo patrimonio, et Eleemosinis construxerunt, singularem sacerdotem Baptismum sepulturam libere concessimus, statimus etiam ut quoties cum novus sacerdos in præfata ecclesia sit instituendus, ille a prædictis hominibus consensu pastoris, matricis Ecclesiæ electus, et eidem pastori præsentatus ab ipso investiat. Huius igitur nostræ autoritatis ordinatio ut apud nos et nostros successores rata permaneat, testibus subscriptis præsentem cartulam Sigilli nostri impressione munivimus, et ne quis temerario aultu infringere præsumat sub anathemate firmamus. Testes sunt hi Joseph Maioris Ecclesiæ deca-

deca-

decanus, Adam Thietmarus Custos, Theodorus Canonicus, Theodoricus de Mühlensten Rudolphus Cappellanus, Henricus de Damme, Arnoldus minoris ecclesie propositus, Constantinus Decanus. Rotgerus Scholasticus *Laiici*, Henricus dapifer, Gerardus Pincerna, Albertus de Schemme, Bertacius de Stolthausen *liberi*, suo de Mühlen Imc de Mühlen, Erbert de Haskampe Ewart de Harpendorp etc. alii quam plures. Acta sunt hæc dominicæ incarnationis MCLXXXVII. Indictione quinta regnante Romanorum imperatore semper Augusto feliciter Amen

LXXXV.

Super decima in Westorpe et Scirenbecke de 1188.

ex aut.

Arnoldus Dei gratia Osnaburgensis Ecclesie humilis minister. Vniversitati fidelium perpetuæ Salutis gaudium. Dilatata in Christo Karitas nos ammonet, ut familiarium nostrorum benignis affectibus Karitative subveniamus, et eos ad Communia Salutis bona efficaciter promovere studeamus. Hinc est quod expetitione familiaris nostri Decani Joseph decimam duarum domorum in villis Westorpe et Scirenbecke sitam, nobis libere vacantem præbendis fratrum nostrorum in memoriam sui et parentum suorum assignavimus. Et ne quis in posterum hanc donationem nostram infringere valeat vel audeat, Banno nostro literis et testibus præsentibus confirmavimus. Quorum nomina sunt. Lentfridus maior præpositus. Josephus Decanus, Heremannus Tidericus et Tidericus, Radolfus, Gerhardus pincerna. Albertus de Damme, Heremannus de Muscheten, Rabodo de Hesepe, Arnoldus albus, Godescalcus de Wulfem et plures alii. Datum est anno Dnicæ incarnationis MCLXXXVIII. Indictione VI.

LXXXVI.

Arnoldi Episcopi confirmat. donat. Coenobio Osedensi factæ a Johanne de Honhorst 1188. e copiar. Ofed.

In nomine Sanctæ et individuæ Trinitatis Arnoldus Dei gratia Osnaburgensis Ecclesie Episcopus. Notum sit universis Christi fidelibus, quod Dominus Johannes de Honhorst animadvertens terrenum matrimonium incertis casibus et variis arumnis expositum, elegit filiam suam Amelraden contu-

Doc. Tom. II.

h

ber-

bernio coelestis sponsi potius aggregandam, quam corruptori marito infaustis nuptiis copulandam. Diuinitus itaque sic inspiratus, a Sacro Conventu Sanctimonialium in Osethe desiderii sui effectum humiliter postulavit, et Dei nutu, quod pie petierat, rationabiliter impetravit. Unde idem Johannes spe aeternitatis admonitus, quia filia sua cum affectu multo ibidem esset recepta, decimam super curtiem *Vugovore* et molendinum eiusdem, et super domum *Bergeshovet* et super dotem *Risenbike* libere nobis resignavit, hac conditione ut easdem decimas Ecclesiae Osethe ad stipendium sacri Conventus assignaremus. Quod ita factum est. Ne quis igitur in posterum haec rationabiliter acta cassaret, banni nostri auctoritate et Sigilli nostri impressione communimus. Anno dominicae incarnationis MCLXXXVII. Indict. VI. Testium nomina sunt. Lentrifridus Praepositus, Dethmarus Custos, Rodolfus Capellanus. *Ministeriales*. Hartbruth de Ibure, Gerhardus de Glosinchem Everardus Winkillethen Alfgirim de Sledese.

LXXXVII.

Arnoldi Episcopi confirmatio privilegiorum de 1189.

e Chron. Sandhoffs p. 19.

In nomine Sanctae et individuae Trinitatis. *Arnoldus* Dei gratia et B. Petri Apostolorum Principis dignatione Hosnaburgensis Ecclesiae Episcopus. Sollicitudo nobis impositi regiminis ammonet nos Ecclesiarum Dei maxime vero monasteriorum quieti ac paci prospicere, quia multo nunc gravius est refrigerescente karitate et malorum habundante importunitate ea conservare, quam dudum ipsa fundare, Eapropter Coenobium Sanctae Gertrudis, quod pie memorae Philippus Episcopus summa devotione construere coepit, nos stabilire ac defendere omni studio intendimus, ut sicut ipse foundationis auctor, sic nos consummationis collaboratores efficiamur. Si qua igitur immunitatis iura, si qua munimina diuturnae pacis et iustae libertatis secundum generalem immunitatem omnium coenobiorum a Sanctis Patribus ipsis institutam idem pius fundator ipsi loco contulit, nos rata esse decrevimus, et Sancivimus igitur et confirmamus atque auctoritate Patris et Filii et Spiritus Sancti et beatorum Apostolorum Petri et Pauli ac nostrae humilitatis officio et banno corroboramus, ut ab omni Servitio Episcopali Ecclesiae haec sit liberrima, et ut nulla secularis persona non Archidiaconus non Advocatus ullam sibi iurisdictionem in omni ambitu

ambitus fundi monasterio deputati usurpet; cuius termini hi sunt: ab oriente domus Limberge cum agris cultis et incultis pratis et omnibus domui attinentibus usque ad rivulum qui vocatur Vorth, et in omnibus circa ipsum ecclesie areis, a meridie in omnibus arcis, quas ecclesia citra et infra Wethercampe et Broyl nunc possidet, vel in futurum adipisci potuerit usque ad rivulum qui vocatur Suntebecke ab Aquilone domus Espelo cum agnis cultis et incultis, pratis et omnibus domui attinentibus et omnia infra hos terminos constituta Beatæ Gertrudis Ecclesie attinentia cuncta sub manu Præpositi disponenda statuimus, vt autem hæc, ut statuimus, firma et stabilita permaneant, consilio et connivencia Maj. Præp. Lentfridi et eiusdem Ecclesie Dec. Ioseph et omnium fratrum maioris Ecclesie hoc scriptum damus et sigillo nostro confirmamus, et quia dies mali, et sensus hominum perversi sunt, in futurum omnem adversantem, atque piis studiis nostris quolibet modo insidiantem, auctoritate Domini nostri Jesu Christi et Beati Petri anathematis gladio percutimus atque perpetuæ vlcionis reum diabolica sorte dampnamus. Testes Lentfridus Maior Præpositus, Ioseph Decanus, Radolf, Hermannus, Thiedericus, Gerfridus, Drogo, Adam, Arnoldus Beati Joannis Præpositus, Rotgerus *Canonici*, Laici Rikenzo, Gerhardus Pincerna, Henricus Dapifer, Gerhardus Camerarius, Harbertus de Iburch, Giselbertus de Thorne, Rikenzo, Alf. et alii plures. Actum Ann Dnicæ Incarnationis MCLXXXIX indictione sexta Romanæ ecclesie Præsule Urbano Fridérico Imperatore Christo regnante.

LXXXVIII.

Donatio Wicholdi de Horstmaria, qua Ecclesie Osnabrugensi confert bona in Rike et plura alia de 1189. ex aut.

In nomine Sanctæ et individuæ Trinitatis. Ego *Arnoldus* Dei gratia Sanctæ Osnabrugensis Ecclesie humilis minister omnibus Christi fidelibus tam futuris quam presentibus. Ex officio pastoralis curæ nobis divinitus iniuncto incambit sollers utrobique providentia, scilicet satagere nunc de dominicæ gregis augmentatione, nunc de domus Ecclesiasticæ dispensativa duoratione. Et ideo ex consilio nostri Conventus et consensu, reliquorumque ministerialium et sapientum ac fidelium amicorum nostrorum, Wicholdum quendam Nobilem de Horstmaria ad hanc pietatem fideli commonitione defleximus, quod tam ipse quam uxor sua *Beatrix*, et filii sui, scilicet *Wilhelmus*

h 2

et

et Bernardus pro consensu tertii fratris adhuc pueri in maturitate annorum suorum faciendo spondentes hereditariam possessionem quam habuerunt in Ecclesia Rike B. Petro et nobis in donariis collatam ad honorem Dei et perpetuæ Virginis Mariæ, pro salute et redemptione animarum parentum suorum Beruhardi et Richardis, ipsiusque ac uxoris suæ ac filiorum suorum confirmaverunt, cum omnibus appendiciis in eandem Ecclesiam pertinentibus, scilicet dotem cum molendino et *Anripe* dotem cum molendino præterea mansos in diversis locis: Primum Rusgenthorpe, secundum Stenbecke, tertium et quartum Boelo, quintum Bocrothen, sextum Holenberge, septimum Paslineburen, octavum et nonum Lage, decimum Harhus, undecimum Thusterdic; et decem diurnales agros in Esperlo, et duos Stenbecke, et unum Wîse, et unum Halvorde. Insuper quam plurima mancipia ad eandem possessionem pertinentia; arcam quoque vicinam aggeri cum pratis viginti plaustrorum, et mansum qui vocatur nova domus. Et præterea quicquid habuit infra aggerem, ea duntaxat devotione, ut claustrales personæ divina religione Deo ibidem servientes aggregarentur; et locus in e australem habitudinem transformaretur. Contulit etiam eidem Ecclesie, et ibidem Dei servientibus curiam in Rike cum omnibus appendiciis cum consensu prædictorum heredum suorum donatione sua modis omnibus confirmata. Ac nos pro gratia huius devotionis Advocatiam eiusdem loci, et tria talenta tam sibi quam suis heredibus post eum, quam diu vixerint, concessimus tali determinatione, ut si forte in masculino sexu linea generativæ successioni defuerit, foemina successio eandem Advocatiam obtinebit. Quod si fortuito in utroque sexu linealis defectus interciderit Fratres prædicti loci liberam habebunt optionem eligendi, ut quem voluerint electum Episcopo representent investiendum. Quod si fortuito Advocatus siue supra dictæ cognationis, siue cognatione deficiente substitutus in regimine excefferit, et magis dissipator Ecclesiasticæ possessionis quam defensor extiterit, semel ac iterum atque tertio ex querimonia fratrum ab Episcopo corripiendus erit; si vero non emendaverit iudiciali sententia removeatur, et alter quem fratres pro suo arbitrio elegerint, ex auctoritate Episcopi substituatur. Haec autem ut absque controversiæ alicuius reclamatione rata permaneant benno nostræ auctoritatis confirmavimus, subiungentes sigillum nostræ impressionis cum idoneis testibus. Lentfridus maior præpositus, Radolfus Capellanus, Daniel sacerdos, Helwicus, Rotholfus de Pedese, Winemarus et frater suus Arnoldus de Thedchem, Gerhardus
pin-

pincerna, Heremannus Marscalcus, Gerhardus Camerarius, et alii plurim. Acta sunt hæc apud Lithlage sub regio Banno Herimannoi de Cappelle præfidente, Anno verbi incarnati MCLXXXVIII. Indictione VII. XIII. Kal. Februarii.

LXXXIX.

*Transactio cum Burchardo milite
e copiaro Osefe.*

Simon Comes de Tekeneburg Successoribus suis salutem
Sin perpetuum Amen etc. Notum facimus tam posteris quam præsentibus, quod cum Burchardus miles Ministerialis noster allodium nostrum et suum feodum fratribus et sororibus in Osefe pro CIII marcis cum nostro assensu vendidisset, ipsi eidem Burchardo LXIII persolverent, et pro L marcis Widekindus nobilis vir de Osefe, qui pro tanto claustro erat obligatus, bona sua quæ super Twintarum Provincia habebat, eidem Burchardo oppignoravit et Coenobium ipsum ab omni impetitione eiusdem Burchardi absolvit. Quia vero inter nos pro nostro super hac venditione consensu et dictum Burchardum talis intervenerat pactionis conditio, ut cum pecunia quam acceperat alia bona quæ de manu nostra teneret comparare deberet, idem Burchardus hoc penitus neglexit, unde cum multum bonis oppignoratis in usus fuisset, et nos illusionem suam sustinere non vellemus easdem L marcas, pro quibus bona erant obligata, fratribus de Sinderen fidelibus nostris processu tempotis, cum supradictus Widekindus ad terram Iherosolomitanaam pro ignominia Christi ulciscenda proficisci bona sua, quæ in pignore erant, vendere intendebat. Cumque super hac venditione *Herebrugken* in banno Imperiali multi essent constituti, sæpe dictus Burchardus sollempnitatem, quæ huic venditioni debebat intervenire, volens penitus impedire, dixit se vel a bonis ipsis, vel a claustro Osefe L adhuc marcas habiturum, cum tamen claustrum diu fuisset ab eius petitione absolutum.

Vnde fratres timentes malum eis ex qualicumque scintilla posse oriri, petiverunt ut quia iuste ab eodem Burchardo absoluti erant, ipsum commonitum haberemus, ut claustri inquietatione cessaret. Quod cum libenter fecissemus, idem Burchardus, sicut debuit, claustrum ab eo esse absolutum multis præsentibus ore et manu est protestatus. Interfuerunt *Friedericus Præpositus de Claroholte*, et duo sui confratres *Bern-*

hardus Apostolorum Petri et Andreæ in Patherbrunna Præpositus et Bernhardus eius Concanonicus. Laici Widekindus de Ofede, Ludoltus de Stenforde, Theodorus et Wicboldus fratres de Saltesberge, Wilhelmus de Holte, Wilhelmus de Thuteberge, Bernherus de Halen, Tidericus Terniuo, Alexander de Rene dapifer, et Bernherus pincerna de Tekeneburch.

LXXXX.

*Specificatio redditus Ecclesie Osnabruggenfis sub
Leutfrido Præposito.*

Quæ villicationum, quot Septimanis, quot moltia avenæ, quot solidos ad vinum, quot ova in coana Domini ministrare debeat ex his innoteſcat.

S. I. CVRIA IN OSEMERVCKE X septimanis ſerviet, LIII moltia avenæ, V solidos ad vinum dabit.

Eversvelde tribus septimanis ſerviet. XV moltia avenæ, tres solidos ad vinum, ovorum tres uncias.

Oſterbus tribus septim. ſerviet XV moltia avenæ, V. solidos ad vinum, ovorum tres uncias.

Elſtede quatuor septimanis ſerviet, XX moltia avenæ tres solidos ad vinum, tres uncias ovorum.

Barlage unam septimanam, V moltia avenæ, III solidos et VI denar ad vinum, tres uncias ovorum.

Walenborſt unam septimanam, V moltia avenæ, III solidos et VI denar ad vinum, tres uncias ovorum.

Pedinctorpe duas septimanas, X moltia avenæ, tres solidos ad vinum, ovorum tres uncias.

Angelbeke duas septimanas, X molt. avenæ tres solidos ad vinum, ovorum tres uncias.

Haren apud Non duas ſept. X. molt. avenæ, tres solidos ad vinum, ovorum tres uncias.

Thedelinctorpe ſex septim. XXX molt. avenæ, VII fol. et VI denar ad vinum, ovorum tres uncias.

Westerhem quatuor ſept. XX molt. avenæ, VII solidos et VI denar ad vinum, ovorum tres uncias.

Huile duas ſept. V molt. avenæ I solidos ad vinum, ovorum tres uncias.

Hagen unam ſept VIII molt avenæ, I fol. ad vinum, ovorum tres uncias.

De Brocſeten unam septimanam, V molt. avenæ, II solidos ad vinum, tres uncias ovorum.

Holtorpe

- Holtorpe* unam sept. V molt. avenæ I Sol. ad vinum.
De Rymeslo XXX solidos ad vinum.
De Burglo (Papenhoff) V Sol. ad vinum.
 §. 2. *Curia de Osembrucke* de agris suis reddere debet pistrino
 XVII molt. filiginis II molt. tritici, V Solidos pro faba.
De Molendino VIII Solidi pro pasta porci III Solidi IIII
 modii tritici.
De Areis IX Solidi. vel paulo plus.
De Ickere X molt. filig. et X solidos.
 §. 3. *Curia Osembrucke* hos habet manfos et redditus familiaræ
 subscriptos
Nortbergen XXX mod. filig VIII denar. et unum porcum.
Vockestorpe VIII mod. fil. VIII denar. et I porc. ibidem
 XVIII den. et I porcum.
Brincke iuxta Thropi V molt avenæ I porc. et I molt. fil.
Trop. IIII mol. avenæ II sol. et porcum ibid. I molt. avenæ
Elinctorpe XL mod filig.
Stoveren XV mod avenæ VII denar. et obulum et i porcum
Hickingen VI mod. fil. I molt. av. VI. den. et dimidium
 porcum.
Maleberge 2 molt. avenæ i sol. et i porcum. Ibid. XV mod.
 avenæ VI den. et obulum et i porcum.
Holtbusen XXX mod. avenæ et dimidium porcum
Wulferen XXX mod fil. I porcum et duo plaustra foeni
 et XXX den.
Brincke iuxta Hagen Ecclesiam I molt filig II molt avenæ
 II Sol. unum porcum.
De Vorewarcke VI. mod. filiginis.

IN PARROCHIA HAGEN.

- Gelenbecke* IX mod filig. X denar, unum porcum.
Nortorpe I molt filig. II molt. avenæ II solidos. V mod. tri-
 tici I porcum. Ibidem XVIII mod. filig. XVIII den. V
 mod. tritici I porcum et I molt avenæ Item ibidem XVIII
 mod. filig XVIII den. et porcum et molt. aven.
Westorpe XXX mod. filig unum porcum
Scirenbecke modo XX mod. avenæ et porcum
Spilebrincke XXX mod filig et I porcum. Ibidem filius villici
 XX mod avenæ et I porcum
Orbeke XXX mod avenæ XV denar et I porcum
Hasbergen III molt avenæ I porcum.
Lintlo XXX mod avenæ VI mod. tritici dimidium porcum
Nortbusen I molt filig. I solidum et unum porcum Item I
 molt avenæ VIII mod tritici I porcum

De Dodesbus VIII mod. filig. dat Hagen. VI Osterhus et porcum quod reliquum est Præposituræ.

Helren V mod. fil. I molt avenæ I Sol et I Porcum ibid XX mod. avenæ dimidium porcum

Rechrvelde I molt filig I Sol et I porcum

Honhorst I molt filig I Sol et I porcum Mansus II molt. Ibid. VI mod. fil. I molt et avenæ I Sol et I porcum

Edinbusen XI mod. fil. I molt avenæ et solidum de Hårland pro XX et dat manip. Ibid. VIII mod. filig VIII. den dimidium porcum.

Havichorst XL. mod. filig.

Evinetorpe XVIII mod. avenæ XVIII den. V mod. filig I porcum Ibid. III mod. filig I mol. avenæ VI den et dimidium porcum.

Broke VI molt avenæ II Sol et I porcum

Non. VI mod. filig VI den I porcum Ibid. pistor VI mod. fil VI den et III mod. tritici

Mansus præconis VI mod. filig VI den. III mod. tritici

Mansus Cocæ VI mod. fil VI den III mod. tritici. Sed Cocus Caldarium, et præco servit pro eis

Specken VI sol. in nummis et annona XVIII mod. ordei II molt. avenæ et I porcum

Debet etiam ad vinum iam dicta familia V sol et V sol pro pro afferibus vel afferes

OBEDIENTIARIUS DE ESSENE dabit III mod. ordei Præposito de quibusdam agris *Werrepe*

Summa dictorum XXXIII moltia filiginis Quinquaginta moltia, V modis minus avenæ XXVIII Solid. denariorum XXX porci et dimid. Infuper porci de glandibus qui Bett Sime vocantur.

Wicman de Onevore dabit octo denarios in die Exaltationis S. Crucis.

§. 4 Hi sunt redditus DE AGRIS DISPERSIM LOCATIS.

De *Leden* unum molt. filig.

In villa *Holtbusen* quando Reliquiæ in Litaniam minori feruntur de apris sub manso Episcopi locatis, I molt. filiginis *Eversvelde* datur.

In parochia *IBBENVREN* in villa *Varensborpe* de quibusdam agris de manso præposituræ locatis I molt. filig. Huius concambium habemus *Gelinctorpe* Item de agris prope Vinarium Dominorum fitis I molt. filig.

Pro hi habemus in Concambium XXX nummos decimæ in *Wulfben* in manso nostro

Alf.

Albusen II molt filig I solid.

In Parochia OSTER CAPPELN, *Olingen* XXX mod. avenæ de agris et arca

De Hoyle XII denar.

Huncle II solid.

In Parochia VLETWE in villa *Berdere* II sol.

In Parochia GREVENE XV denar. de Curia Capele

In Parochia BELEHEM in villa *Welingen* VIII mod filig.

Summa filiginis V moltia et octo modii Item VIII Solidi et VI denarii et XXX modii avenæ

§. 5. Hoc est unversum triticum SYMMAE VILICATIONIS De agris *Osnabrugensis Curia* II molt. De molendino frarrum et eiusdem Curia III mod. De *Huyle* II molt De *Nortbusen* VIII mod De *Lintlo* VIII mod. De *Nortborpe* V mod. Ibid. V mod. De *Hagenberge* VIII mod. De *Harslage* X mod. De *Pevestorpe* VIII mod. De *Lore* VI mod. De *Lite* III mod. Ibid. III mod. De *Wifchen* III mod. De *Non* III mod. De *Wisteyhem* VIII mod. In Parochia RENE in villa *Rore* V mod. In Parochia STEINVORDE in villa *Nortborpe* II molt tritici Horum unum villico de *Haren*, aliud villico de *Huyle* dabitur Item in *Elrebeke* III mod. In *Wufhem* VI mod. Item de agris Domini *Sybononis* moltiam.

Summa tritici est VI molt et V modii siue VI modii in *Wulfhamen*.

§. 6. Hi sunt dispersi redditus. In Parochia RYSENBEKE *Laie* II molt filig I sol. *Bergete* II molt filig I sol.

In par. Lengerike, *Crevinbusen* I molt filig I mol aven II sol *Erpestarpe* X mod filig X mod ordei II oves.

In par. IBBENBUREN. *Visheke* Iohes XV mod filig XV den. II oves. Ibidem *Roze* X mod filig X den I ouis Item ibidem *Rorber* tantum. *Pufelincburen* II molt filig I solid. II oves.

In par. MERSNEN *Lechrborpe* XVIII denar.

In par ANCHEM in villa *Locteren* II molt filig XXX den.

De *Hone* III mod. filig De *Holtorp* XVIII mod filig.

In par. HOLTUSEN *Balkenslebe* III sol.

In par BURE in villa *Werinctorpe* II sol.

In par. HOLTE *Heymberge* VI molt avenæ pro quibus dantur XX mod. filiginis

Summa huius filiginis est XXX molt et V modii Summa denariorum XVI solidi et denar. Item avenæ VII moltia, Item ordei XI modii et VII oves.

§. 7. Decima SVMMÆ VILICATIONIS

Oyze X fol. *Limbegen* II Sol.

Wulfhamen Ego Lentfridus præpositus magno labore pro X fol quondam decimæ elaboravi V. molt filiginis V ordeï et femis et VI modios tritici et I molt. fil. I molt ordeï et molt avenæ in *Elsteden* ei hoc per mediam mensuram urbani modii

Non I Sol. *Smavorden* XVI denar. *Bomvede* X molt filig.

Wes V molt avenæ. *Northusen* IV molt avenæ *Hinnichem* in parochia *DAMME* I molt. filig. decimam trium solidorum, quam habemus in *Concambium* a *Quernbem*, pro decima XII nummorum.

§. 8. Summa filiginis de quo ministrabit PRÆPOSITVS vel villicus generalis.

Familia dat XXX mod. filig. *Curia* de agris suis XVII mod. filig. De agris dispersim locatis IIII molt. filig. De *Ickere* X molt. filig. de *Bomvede* X molt. filig. De *Holtztorpe* XXX mod. filig. de *Brocseten* XXX mod. filig. de *Hagen* XXX mod filig.

§. 9. Univerſum tritici SVMMÆ VILICATIONIS sunt X molt tritici exceptis quatuor modiis.

Familia dat XXVIII fol. de molendino XI fol. de *areis* IX fol. de *Ickere* X fol. de dispersis redditibus XVIII fol. De decimis XVII fol. de agris dispersim locatis VI fol.

Summa horum IX Marca et VIII denarii pro piscibus emendis in die rogationum hy sunt redditus

Ostervege I molt. filig et plus *Hursten* I molt *Astorpe* I molt. *Buren* X mod. *Damme* VIII mod *Hinnincheni* VI mod.

Oyze II solid. Item in *Berge* II mod. III mod *Damme*.

Homborpe VI mod in *Ruselage* X III mod. mod. *Damme*.

Hæc est univèrsa fratrum *Osnab.* avena *Curia* *Osembrugke* dabit quinquaginta quatuor moltia *Eversvelde* XV *Osterbus* XV *Angelbeke* X *Pedinctorpe* X *Haren* X *Thedelinctorpe* XXX | *Westerbem* XX *Elsteden* XX *Walenborst* V *Barlage* V *Hagen* V *Huyle* V *Holtztorpe* V *Brocseten* V de *Ves* V de *Northusen* IV de *Bomvede* X molt filig.

Sic erunt octo moltia avenæ singulis præbendis.

SERVITIA

Osnaburg *Curia* X septimanis serviet, *Eversvelde* tribus, *Osterbus* III *Angelbeke* II *Eylstede* IV *Pedinctorpe* II *Westerbem* IV *Thedelinctorpe* VI *Haren* II *Walenborst* I *Holtztorpe* I *Brocseten* I *Hagen* I *Huyle* I

Gotti-

Cottidianam præbendam ministrabit X septimanis, quæ super
sunt Præpositus vel generalis villicus.

Igitur quis villicorum, quo ordine, quo tempore Cottidia-
nam præbendam ministrabit, ex his innotescat. Domi-
na prima ante festum B Jacobi Curia *Osembrugke* incipiet
et illa septimana serviet. *Eversvelde* secunda. *Osterbus*
tertia, *Haren* IV *Huyle* V *Hagen* VI *Brocseten* VII *Eyl-
stede* VIII *Pedinctorpe* IX *Thedelinctorpe* X *Westerbem* XI
Osembruke XII et XIII *Angelbeke* XIV *Walenborst* XV
Barlage XVI *Holtorpe* XVII *Osembrucke* XVIII *Eversvelde*
XIX *Thedelinctorpe* XX. XXI, et XXII. *Westerbem* XXIII
et XXIV *Osembrucke* XXV et XXVI *Osterbus* XXVII
Eylstede XXVIII. *Pedinctorpe* XXIX *Osembrucke* XXX et
XXXI et familia in carnis privio *Westerbem* XXXII *Præpo-
situs* XXXIII. IV. V. VI. VII. *Haren* XXXVIII *Huyle*
XXXIX. *Osterbus* XL *Eversvelde* XLI *Præpositus* XLII et
XLIII *Angelbeke* XLIV *Thedelinctorpe* XLV et XLVI *Eyl-
stede* XLVII et XLVIII. *Præpositus* XLIX. L. LI. et LII.

Hy sunt redditus de Curia BROCSETEN In ipsa villa duo
mansu, unus mansus XXX denar. Secundus mansus VI den-
nar. i molt avenæ. *Hembergen* unus mansus V molt avenæ
pro quodam manso quondam de eadem curia translato. *Rul-
le* i mod. XVI denarii decimales *Eversvelde* de agris suis da-
bit XIII molt filig IV molt ordeï V molt avenæ Hos habet man-
sos ad hæc cultos. *Homburen* I molt. filig I molt avenæ I sol.
II oves. *Vellepe* II sol II oves *Merenen* IX mod avenæ II oves
Hafize ibidem III *Winkele* X mod filig X denar decimæ Jbid.
I molt fil. I sol decimæ. Jbid. III molt avenæ II oves. *Ha-
genberge* I molt avenæ VIII mod. tritici II sol. II oves *Rezke*
IX mod. fil. IX denar. Jbid I molt fil. I sol. decimæ.

De MANSIS VASTATIS hos habet redditus. In Parochia *Mer-
ringen*. *Northusen* quondam II molt avenæ nunc X denar.
Holtbusen IX mod. filig. *Visle* XIII mod fil *Limlo* II molt
avenæ I ovem *Thonrbam* X denar. *Helren* VI denar *Overincha-
ven* II molt avenæ *Rippenborst* VI mod. filig.

Summa dictorum X sol. V molt. filig. et VIII mod, XVI
molt. avenæ et X oves.

LXXXXI.


de terrula Bronl

e Chron. Sandhoffs p. 20.

In nomine sanctæ et individuæ Trinitatis Arnoldus Dei gratia
Osnabrugensis Ecclesiæ Episcopus successoribus suis Episco-
pis

pis et omnibus fidelibus presentibus et futuris merito laborare
 premio triumphare. Significo caritati vestrae quod quaedam
 venerabilis matrona in civitate nostra nomine Gertrudis, quae
 fuerat uxor Joannis Magni quandam terrulam, quae Broil di-
 citur, distincta ab alia terrula, quae eodem nomine vocatur,
 et quatuor agros contiguos agris beatae Gertrudis et casam
 unam, quae sibi vir suus prior Wolvanrus, ut inde exhiberetur
 reliquerat Ecclesiae beatae Gertrudis assignare volens pro re-
 medio animae suae et filiae nomine Machtildis quae in eodem
 claustrum confortio religiosarum foeminarum adjuncta fuit, me
 cum Praeposito eiusdem loci nomine Othelrico et fratribus et so-
 roribus gratia beatae Gertrudis, quae magis impulit obrenta
 interpellavit, ut proprietatem horum bonorum, quae Episco-
 pio nostro attinebat, ad Ecclesiam beatae Gertrudis transfer-
 rem, et ex abundantia Episcopi inopiam filiae suae eius Eccle-
 siae in tantum sublevarem; Ego autem praecipue meritis beatae
 Gertrudis deinde tam piis causis et tam dignis interventioni-
 bus reniti non potui, et primo ut filii eius B. roldus, Joannes
 Gerhardus et Gislebertus, qui haec in beneficio receperant,
 resignarent, exegi. Quo facto eadem bona per sententiam
 Ecclesiae beatae Gertrudis iure perpetuo extradidi. Confessor
 vero terrore divini iudicii, ne quis successorum nostrorum Epi-
 scoporum vel aliorum hanc traditionem meam rite factam in
 quoquam labefactare audeat, ob quod etiam eadem bona Eccle-
 siae beatae Gertrudis in possessionem perennem banno beati
 Petri et meo confirmari et actionem hanc sigilli mei impressio-
 ne signavi. Si quis vero temerator ea, quae facta sunt vel in
 toto vel in parte infirmare attemptaverit cum Dathan et
 Abiron, qui bonis institutionibus Moysi obmurmurare ausi
 sunt, damnationem inveniat. Testes hi sunt Lentfridus Cathedra-
 lis Ecclesiae Praepositus, Ioseph Decanus, Hermannus Can-
 onicus et reliqui. Arnoldus Ecclesiae Sancti Johannis Prae-
 positus et eius Canonici, ex Laicis Rychizo Rector Civitatis,
 Gerhardus Pincerna, Henricus Dapifer, Gerardus Camerarius,
 Gislebertus de Thorne et alii multi. Actum anno Dominicae
 incarnationis MCLXXXIX. Indictione sexta Romanae Ecclesiae
 Praesule Urbano, Frithrico Imperatore, Arnolde Osnabru-
 genensis Ecclesiae Episcopo, Lentfritho Cathedralis Ecclesiae Prae-
 positus, Ioseph Decano, Arnolde Ecclesiae sancti Joannis Prae-
 positus, et anno quo terra promissionis a paganis invasa est, quo
 Imperator Frithericus cum aliis Regibus et Principibus ad reci-
 piendum eam se cruce signavit feliciter. Amen.

12
 pis
 pra
 ven
 fuer
 cito
 et
 una
 relic
 mee
 clau
 cum
 rori
 inre
 pio
 rem
 fiz
 Ger
 bus
 Ger
 reb
 Ecc
 ver
 scop
 quo
 clef
 Pet
 ne
 toto
 Abi
 fun
 dra
 nor
 pol
 Ger
 Gif
 inc
 Pra
 gen
 pol
 pol
 Imp
 pie



erito labore
 quod quædam
 ertradis, quæ
 quæ Broil di
 mine vocatur,
 adis et casam
 de exhiberetur
 colens pro re
 quæ in eodem
 incta fuit, me
 fratribus et so
 ppulit obtenta
 quæ Episco
 rudis transfer
 na eius Eccle
 meritis beatæ
 interventioni
 oldus, Joannes
 io receperant,
 per sententiam
 di. Conreitor
 nostrorum Epi
 rite factam in
 dem bona Ec
 m banno beati
 mei impressio
 cta sunt vel in
 n Dathan et
 murmurare ausi
 ntridus Cathe
 ermannus Ca
 Johannis Præ
 ector Ciuitatis,
 us Camerarius,
 ano Dominicæ
 manæ Ecclesiæ
 oldo Osnabru
 s Ecclesiæ Præ
 i Joannis Præ
 inuasa est, quo
 ipibus ad reci